Vísur Kórmâks.

Snorri. S. Hák. góða cap. 16. (úr Sigurðar drápu).

KORMAKS SAGA.



SUMTIBUS LEGATI MAGNÆANI.

H A F N I Æ.

MDCCCXXXII.

KORMAKS SAGA

SIVE

KORMAKI OEGMUNDI

FILII

VITA.

EX MANUSCRIPTIS LEGATI MAGNÆANI

CUM

INTERPRETATIONE LATINA, DISPERSIS KORMAKI CARMINIBUS AD CALCEM ADJECTIS ET INDICIBUS PERSONARUM, LOCORUM AC VOCUM RARIORUM.

HAFNIÆ.

SUMTIBUS LEGATI MAGNÆANI EX TYPOGRAPHEO H. H. THIELE.

MDCCCXXXII.

Præfatio.

Libellus, qvem hic e prelo emittimus, continet vitam poetæ Islandi seculo decimo florentis. Plura jam volumina similis argumenti in lucem prodierunt. Ad eandem enim historiarum classem pertinent Egils Saga, Sagan af Gunnlaugi Ormstúngu et Fóstbrædrasaga, ut illas taceamus vitas poetarum v. c. Þáttr Hallfredar Vandrædaskálds, Sneglu-Halla, Stúfs Skálds, voluminibus de rebus gestis regum Norvegicorum insertas.

Neqve mirum est Islandos pro sua in scribendo sollertia studiosiores fuisse in iis, qvæ poetis gentis suæ eximiis sive bona sive mala contigerint, enarrandis. Qvicunqve enim inter Islandos carminum svavitate

poetæ classici (Höfutskáld) olim existimati sunt, iidem qvoqve strenuissimi pugiles (hinir mestu kappar) plerumqve habiti. Vividiores scilicet animi sensus, qvibus incaluerunt, eosdem et ad jurgia et ad amores reddiderunt procliviores; idemqve ingenii fervor, qvi eos duxit ad carmina ore fundenda, manus qvoqve ad arma capienda reddidit promtiores. Accessit mentibus ingenuis magna laudis cupido et acerrimum honorem vindicandi studium. Multa igitur contigerunt poetis Islandis, qvæ non solum attentionem æqvalium excitaverunt, sed etiam tenaci posterorum memoria fuerunt servata.

Ita qvoqve sese habet vita Kormaki nostri, qvæ non tantum carminibus, sed etiam duellis præliisqve referta est. Hoc autem titulo præ cæteris, qvas nominavimus poetarum historiis descriptio vitæ, qvam hic damus, est insignis, qvod in ea carmina

non modo data occasione narrationi inserantur, sed qvod major narrationis pars carminibus allatis superstruatur. Hoc qvidem ab una parte fidem facit rebus ita traditis, ab altera vero parte arguit narrationem, qvalem nunc habemus, non a viva traditione fuisse acceptam, sed seriori ætati et qvidem litteratæ deberi.

Nostrum jam erit argumentis tam externis qvam internis probare historiam non fictam sed veram lectoribus hic exhiberi. Librum qvidem in aliis Islandorum monumentis nusqvam citatum invenimus, sed nominatur Kormakus cum matre et avo materno in libro originum Islandiæ (p. 62 *Ed. Joh. Finnæi). In historia regum Norvegicorum (Ed. Havn. vol. I p.* 140 *Saga Hákonar Goda cap.* 16) *legimus genus ejus paternum, citatur enim fragmentum carminis in honorem Sigurdi Jarli Hladensis a*

Kormako Ögmundi filio confecti. Sæpius occurrit nomen Kormaki in parte Eddæ Snorronianæ, qvæ Skálda dicitur, inter poetas clässicos, qvorum exemplis illustribus autor formulas loqvendi poeticas docet. Hæc carminum Kormaki specimina, qvæ Skalda exhibet, et in appendice hujus historiæ collecta et illustrata leguntur, præsertim ex carminibus majoribus ad laudem heroum compositis desumta sunt, qvo factum est, ut nulla horum carminum fragmenta in expositione vitæ Kormaki occurrant. Præterea affertur in Skalda sub nomine Kormaki tanqvam exemplum epentheseos versiculus ex carmine amatorio, ubi Þorketill ponitur pro Þorkell, addita mentione amicæ cum poeta sermocinantis. Jam vero non modo pater Steingerdæ, qvam deperiit Kormakus, nominatur Þorkell, verum etiam simili epenthesi, qvæ alias raro occurrit, in

libro nostro p. 170 *idem Þorkell appellatur Þorketill.*

Probant hæ citationes carmina Kormaki seculo decimo tertio et cognita et magno in pretio fuisse habita. Inde seqvitur ad finem usqve seculi decimi tertii farraginem versuum sub nomine Kormaki difficulter potuisse fingi, cum scilicet plura superessent eximii vatis carmina genuina, qvibuscum supposititia facile potuissent comparari. Seriori autem ævo, qvo forte carmina ipsius Kormaki oblivioni omnino tradita fuissent, vitam ejus consarcinatam statuere prohibet membrana exemplar libri nostri continens, cujus ætas ad initium seculi decimi qvarti adscendit, atqve libro Skaldæ non nisi paucis decenniis junior est.

Habemus qvidem duo exempla versiculorum, qvi ab autore nostro tribuuntur Kormako, ab aliis vero autoribus aliis; unus

enim in Skalda adscribitur Biornoni cuidam (*vid. infra p.* 277), *alter Gunlaugo Vermilingvi* (*vid. infra p.* 17). *Hoc autem fidem in authentiam reliqvorum versuum neutiqvam minuit; nam nostra qvoqve ætate fieri potest, ut sit in ambiguo, utri poetarum nuper defunctorum singularis qvædam stropha sit adscribenda, qvamvis integra utriusqve poetæ volumina manibus terantur.*

Gladius Sköfnúngr, qvem ceu ensem præstantissimum et magica qvadam vi præditum Kormakus, certamen singulare cum Bersio initurus, a Skeggio Midfjordensi svadente matre mutuo acceperat, in aliis qvoqve Islandorum historiis memoratur. Narratur scilicet de Skeggio (*in libro originum Islandiæ p.* 184 *et in historia Thordi Hredæ in collectione Marcussonii cap.* 3) *eum ad littus Sialandiæ appulsum effregisse tumulum Rolvonis, atqve inde gladium*

Sköfnung dictum et securim Hjaltonis cum multis aliis cimeliis abstulisse. Ulteriorem gladii historiam exhibet historia Laxdalensium. Hac teste Eidus, filius Skeggii, cum ipse ætate provectus ultionem de nece filii sumere haud valeret, gladium tradidit Thorkello Eyolfsonio. Ille nonnullis annis interjectis nave in sinu Breidafjordo subversa periit. Gladius vero Sköfnungus, qvem secum habuerat et costis naviculæ affixerat, ad littus insulæ ejectus fuit, qvæ nomen Sköfnúngs-ey inde nacta est. Thorkelli filius Geller gladium hæreditate accepit, et Romam profectus secum asportavit. Ex hoc itinere rediens Roskildiæ mortuus et sepultus est. Gladio autem nemo deinceps potitus est. (*Laxdælas. p.* 251, 327, 335). *Varia deniqve superstitiosa de gladio Sköfnungo narrantur in eadem historia, qvæ cum narratione autoris nostri optime conspi-*

rant his verbis (*ibid p.* 251): Talis gladii natura est: capuli globulus a radiis solis conservandus est; non stringi debet gladius in conspectu mulierum. Si qvis ab eodem vulnus acceperit, non potest illud sanari, nisi applicato vitali illo lapide, qvi gladium seqvitur.

Qvi secundas in historia nostra partes sustinet, Bersius, prior Steingerdæ maritus, in historia Laxdalensium appellatur Hólmgaungu-Bersi, qvod qvidem nomen apprime convenit cum illis duellis (*Hólmgaungum*), *qvæ ab eo hic leguntur suscepta. Consentit præterea Laxdælasaga cum nostro autore in eo, qvod Bersius, Saurbæi habitans, Olavo Pavoni, viro præpotenti, se tanqvam educatorem filii Haldoris obtulerit; et verbis fere iisdem* (*p.* 108) *affert versiculum, qvo Bersius hic* (*p.* 152–154) *senium coram alumno deplorasse legitur. Occasio qvidem*

versiculi sistitur diversa, sed ita ut in historia Laxdalensium levi de causa videatur prolata, in nostra autem tam arcte cum facinore qvodam jungatur, ut inde appareat, cur traditione fuerit servata.

Ex cæteris viris foeminisve, qvi in historia nostra occurrentes ab aliis qvoqve nominantur autoribus, in medium proferre sufficit primum: Thordum Arndisæ filium et Tintein posteriorem Steingerdæ maritum. Utriusqve mentionem facit Landnámabók, hujus nempe l. c. p. 206 *illius p.* 129, 171; *deinde Thordisam hariolam* (*Spákona*) *in Skagastranda habitantem, cujus qvoqve et historiola de Thorvaldo Vidförlio* (*cap.* 2 *ad calcem Hungurvakæ p.* 256) *et historia Vatnsdalensium meminerant* (*pag.* 186).

Si ad internam narrationis indolem attendimus, mores hominum et instituta rei-

publicæ islandicæ ita invenimus descripta, ut vivam priscæ ætatis imaginem veris coloribus depictam exhibere videantur. Modus, qvo duellum inter Kormakum et Bersium fuit peractum, ita sistitur, ut inde appareat, autorem qvidem ætate, qva res gestæ fuerint vixisse seriorem, sed nihilo tamen secius ævi antiqvioris consvetudines apprime calluisse. Superstitiosa nonnulla narrationi hic illic immixta fidem autoris potius augent qvam minuunt, dum opiniones et judicia, qvæ ea ætate viguerunt, fideliter exhibent. Ex his, qvæ de dotibus gladii Sköfnungi narrantur, qvædam vera esse possunt. Erat forte gladius veneno tinctus, cujus antidoton erat ille lapis vitalis, qvem possessor gladii gestavit collo suspensum. Vermiculus autem ille qvi porrecto gladio ex capulo repere, et deinde retracto gladio retro serpere visus est (*p.* 82) *eodem*

modo describitur in Vilkinasaga (p. 101) *addita explicatione, unde patet sermonem esse de qvadam serpentis imagine, haud dubie effecta per lineolas arcuatim in lamina ensis sinuatas* (*qvoqve in ensibus nostræ ætatis interdum conspicuas*) *qvæ pro ratione, qva gladius porrigeretur, formam serpentis nunc adscendentis nunc descendentis exhiberet.*

Qvod deniqve rerum gestarum ordinem attinet, historia nostra in duas discedit partes, qvarum una res in Islandia gestas sistit, altera Kormaki inter exteros fata describit. Harum prior nil continet, qvod fidem narrationis minuere posset. Provocaret forte aliqvis ad incantationes, qvibus teste autore effectum fuerit, ut Kormakus nuptias cum Steingerda, qvam diu deperiisset, celebrandas negligere sustinuerit. Sed neutiqvam inauditum est, adolescentem

amorem appetiisse vetitum, licitumqve fastidivisse, et talem inconstantiam philtris incantationibusqve olim fuisse attributam. Posterior autem narrationis pars nulla qvidem portenta, nullas superstitiones continet; sed talem rerum exhibet concursum, qvi suspicionem moveat, hunc ingenio narratoris fuisse effictum vel saltem exornatum. Primum qvidem satis mirum est Steingerdam cum eo, cui post Bersium nupserat, marito præter morem foeminarum islandicarum istius ævi peregrinationes suscepisse. Deinde fato plane singulari accidit, Steingerdam cum marito non semel sed bis a manibus piratarum per Kormakum ceu Deum ex machina fuisse ereptam. Suspicionem porro movent et mulcta a rege pro osculis Kormako indicta, qvæ modo repetitio videtur rei in Islandia semel gestæ, et ultimus Kormaki cum gigante Scotico conflic-

tus, qvo ille manibus gigantis male tractatus vitam finivit.

In ipsa narratione nulla notantur tempora, sed duæ tamen constituuntur epochæ, unde annos Kormaki computare licet. Ögmundus, pater Kormaki, sub initiis regni Erici Blodöxe Islandiam petiit, ibiqve uxorem duxit. Kormakus igitur non ante annum 938 *lucem adspexit. Anno autem* 962 *ad Norvegiam navigavit; nam hyemem apud regem Haconem Bonum transegit, et autumno seqventi cum ab expeditione piratica redux littora peteret Norvegiæ, audivit Haconem esse mortuum, et Haraldum Gráfeld illi successisse. Annus Kormaki emortualis plane est incertus.*

Unam ad editionem præsentem adornandam habuimus membranam in Bibliotheca Arnæ-Magnæana No. 132 *in fol., et qvidem bonæ notæ seculo decimo qvarto*

exaratam, qvæ plures continet historias Islandicas ex legato Arnæ-Magnæano jam editas. Laudatur pretium hujus codicis in prolegomenis ad vitas Viga-Glumi, Egilli Scallagrimii, Finbogi Robusti, historiam Laxdalensium et ad versionem latinam vitæ Niali p. XXII, ubi vero codex manifesto errore typographi dicitur haud antiqvior fine seculi XVII, x) *pro XIV. Scripturæ specimen ære incisum jam exhibet vitæ Egilli editio ex legato Arnæ-Magnæano facta Tab. I. Textum hujus membranæ exhibet editio nostra paucis modo locis exceptis, ubi svadente contextu autoritatem cæterorum codicum admisimus, et lectionem membranæ sub nota A infra apposuimus.*

Præter membranam ad manus fuerunt plures codices chartacei, scilicet.

1-3) *tres codices in* 4to *ex bibliotheca Arnæ-Magnæana.*

x) Recte, nam de primis tantummodo foliis dicitur.

No. 505 *insignitus littera B.*

No. 554 *F insignitus littera C.*

No. 554 *G insignitus littera D.*

4) *unus codex ex bibliotheca regia Stokholmiæ No.* 33 *in fol. insignitus litteris St.*

5-6) *duo codices qvos unus e collegio nostro Raskius in itinere suo Islandico sibi comparavit. Horum melior indicatur litera R, alter litteris Th.*

7) *Codex in Islandia scriptus, qvem alter e collegio nostro Finn Magnusen ex bibliotheca sua nobis commodavit. Citatur sub littera M.*

Tres codices chartaceos ultimo loco memoratos, duumviri e nostris, Magnusenius et Raskius contulerunt cum membrana. Cæterorum codicum collationes diligenter instituit stipendiarius Arnæ-Mag-

næanus Thorgeir Gudmundsen, ad ædem militiæ navalis catecheta, idemqve versionem latinam et indices sollerter elaboravit.

Ad enodationem carminum egregium habuimus præsidium in notis uberioribus ad collegium nostrum dudum transmissum a Gunnaro Pauli filio, Hjardarholtensi in Islandia olim Pastore et Dalensis Toparchiæ Præposito, cujus laudes præfationes ad duo priora volumina Eddæ Sæmundinæ jam continent. Hujus viri peritissimi annotationibus suas subjunxit Magnusenius noster, idemqve in appendice fragmenta carminum Kormaki in Skalda et Heimskringla servata edidit cum versione notisqve uberioribus.

Scribebamus Hafniæ die XV Maji MDCCCXXXII.

MONRAD. SCHLEGEL. WERLAUF. MÜLLER.
FINN MAGNUSEN. RASK. RAFN.

KORMAKS SAGA.

Kormaks Saga.

I. Kap.

Haraldr konúngr hinn hárfagri rèð fyrir Noregi, þá er saga sjá gerðist. Í þann tíma var sá höfðíngi í ríkinu[a]), er Kormakr hèt, víkverskr at ætt, ríkr ok kynstórr; hann var hinn mesti garpr, ok hafði verit með Haraldi konúngi í mörgum orrostum. Hann átti son, er Ögmundr hèt, hann var hinn efniligsti maðr, snemma mikill ok sterkr; þegar er hann hafði aldr ok þroska, lagðist hann í víkíng á sumrum, en var með konúngi á vetrum; hann aflaði sèr góðs orðs ok mikils fjár. Eitt sumar lagðist hann í vestrvíkíng, þar var fyrir sá maðr, er Asmundr hèt, hann var hinn mesti garpr, hann hafði sigrat marga víkínga ok hermenn; spyrr nú hvârr til annars ok

a) Víkinni, *Vikia*, St.

Vita Kormaki.

Cap. I.

Haraldus rex Pulchricomus regni Norvegici sceptra tenebat, cum in historia isthac memoranda gererentur. Erat in regno eo tempore magnas, nomine Kormakus, e Vikia oriundus, dives atqve generosus, item vir fortissimus, qui unacum Haraldo rege variis pugnis interfuerat. Filium habuit Ögmundum, optimæ spei juvenem, mature jam magnum fortemqve. Mox ubi per ætatem et vires licuit, æstate quavis piraticæ vacavit, hyemibus apud regem commoratus. Bonam famam ingentesqve opes sibi conciliavit. Æstate quadam (Ögmundus) occidentem versus piraticam suscepit, obviumque habuit Asmundum, virum fortissimum, qui multos piratas et milites superaverat. Horum unus de altero per nuntios certior factus, conveniunt, lo-

fara orð í milli þeirra, fundust þeir sjálfir, ok lögðu sèr orrostostað ok börðust. Ásmundr hafði fleira lið, ok lagði eigi öllu til orrosto. Þeir börðust IV daga; fèll mjök lið Asmundar, en hann flýði sjálfr, en Ögmundr hafði sigr, ok kom heim með fè ok frama. Kormakr kvað Ögmund eigi mundu meira frama fá í hernaði: ok mun ek fá [b]) þèr konu, Helgu, dóttur Fróða jarls. Þat vil ek, segir Ögmundr. Eptir þat gera þeir ferð sína til Fróða jarls. Tók hann vel við þeim. Þeir bera upp erendi sín. Jarl tók því vel, ok kallaði þó á liggja ótta nokkurn um skipti þeirra [c]) Ásmundar; en þó tókust þessi ráð, fóru þeir heim, ok var við veizlu búizt, ok kom til þeirrar veizlu fjölmenni mikit. Helga, dóttir Fróða jarls, átti sèr fóstru framsýna, ok fór hûn með henni. Þetta spyrr Ásmundr víkíngr, ok fer til fundar við Ögmund, ok býðr honum hólmgaungu. Ögmundr játar því. Fóstra Helgu var því vön, at þreifa um menn, áðr enn til vígs færi; hûn gerir svâ við Ögmund, áðr hann fór heiman; hûn

b) biðja, *poscam*, R. c) Ögmundar ok, *add.* R.

coqve pugnæ constituto congrediuntur. Asmundus plures habuit copias, at non omnes ad pugnam adhibuit. Ubi per quatuor dies pugnaverant, Asmundus sociis suis cæsis fugam cepit, Ögmundus vero victor, præda et laude onustus domum rediit. Kormakus Ögmundum haud majorem laudem e militia reportaturum asseruit, unde, addidit, uxorem, Helgam dynastæ Frodii filiam, tibi conciliabo. Ögmundus: id, inquit, ambio. Iter exinde ad dynastam Frodium suscipiunt, et ab eo benigne excepti negotium suum exponunt. Annuit dynasta, etsi gesta ejus cum Asmundo ex parte timenda esse moneret; nuptiæ tamen ad effectum venere; cum domum reversi essent, convivium paratum ingens hominum multitudo frequentavit. Helga Frodii dynastæ filia nutricem habuit sagacem, quæ eam comitabatur. His auditis Asmundus pirata Ögmundum convenit, ipsumque ad duellum provocat. Ögmundus annuit. Nutrix Helgæ homines, antequam dimicaturi se sisterent, leviter manibus contrectare solebat, ita etiam Ögmundum, antequam domo iret, contrectat, nullibi, aiens,

kvað hvergi stórum við hnýta. Þeir fóro síðan báðir til hólms ok börðust. Víkíngrinn færði við síðuna, ok beit ekki á; þá brá Ögmundr upp sverðinu skjótt [d]), ok skipti síðan í höndunum, ok hjó undan Ásmundi fótinn, ok tók III merkr gulls í hólmlausn.

II. Kap.

Í þann tíma andaðist Haraldr konúngr hárfagri, ok tók ríki Eiríkr blóðex. En Ögmundr vingaðist eigi við þau Eirík ok Gunnhildi; býr hann því skip sitt til Íslands. Ögmundr ok Helga áttu son, er Fróði hèt. Þá er skip var mjök búit, tók Helga sótt ok andaðist, ok Fróði son þeirra. Eptir þat lètu þeir í haf; þá kastar Ögmundr út öndvegissúlum sínum; þeir komu utan at Miðfirði, þar voru áðr komnar öndvegissúlur hans, köstuðu þar akkerum; en í þann tíma rèð þar fyrir Miðfjarðar-Skeggi, hann rèri til þeirra, ok bauð þeim inn í fjörðinn, [ok svå landskosti [e]); þat þá

d) hljótt, *taciturne*, R. e) v. í R; ok sjá landskosti, *ut terræ bona aspicerent*, Th. G.

magna tubercula esse. *) *Ambo exinde ad destinatum duello locum profecti confligunt. Pirata (Asmundus) sub ictum obliquat latus, quod sauciari nequit; Ögmundus hinc gladio celeriter elato altera, qua non prius tenebat manu, crus Asmundo amputat, tres marcas auri pro discedendi venia insuper reportans.*

CAP. II.

Mortuo hoc tempore Haraldo Pulchricomo in regnum successit Ericus Blodöx. Ögmundus autem Erici et Gunnhildæ amicitiam non consecutus, navem, qua in Islandiam veheretur, instruit. Ögmundo et Helgæ filius erat Frodius. Nave magna ex parte instructa, Helga et filius Frodius morbo correpti obierunt. Post hæc alto se commiserunt; Ögmundus dein columnas domus primarias in mare projicit, quæ in Midfjordum, antequam eó venirent, delatæ erant; anchoras ibi demittunt. Præerat eo tempore tractui Skeggius Midfjördensis, qui ad eos remigavit, et, ut sinum ingrederentur sedem-

*) Þat hnýtir við, *scabrum est, adhibetur de quavis scabritia imprimis tamen de ossibus fractis, quæ dum in statum pristinum restituuntur et quasi connectuntur et connodantur, nodum sive tuberculum relinquunt.* Th. G.

Ögmundr; hann mælti grundvöll undir hús. Þat var þeirra átrúnaðr, ef málit gengi saman, þá er optarr væri reynt, at þess manns ráð mundi saman gánga, ef málvöndrinn þyrri, en þróast, ef hann vissi til mikilleiks; gekk nú málit saman, ok var þrem sinnum reynt. Síðan lèt Ögmundr gera hús þar á melnum, ok bjó þar síðan. Hann fèkk Döllu, dóttur Önundar sjóna; þeirra synir voru þeir Þorgils ok Kormakr, hann var svartr á hár ok sveipr í hárinu, hörundsljóss ok nokkut líkr móður sinni, mikill ok sterkr, áhlaupamaðr í skapi. Þorgils var hljóðlyndr ok hægr. Þá er þeir bræðr voru fulltíða, andaðist Ögmundr, varðveitti Dalla búit með sonum sínum; annaðist Þorgils um bú við umsjá Miðfjarðar-Skeggja.

III. Kap.

Þorkell hèt maðr, er bjó í Túngu, hann var kvângaðr, ok áttu þau dóttur,

---

*) Bauð þeim landskosti, *proprie: ut bonis terræ uterentur invitavit; nam* landskostir *sunt dotes*

*que ibi figerent *), invitavit. Qvo accepto Ögmundus fundum domus determinat. Credebant, si mensura, sæpius experta, sibi ipsi responderet, rem hominis, si pertica deficeret, comminutum iri, sin magnitudinem promitteret, incrementa capturam; mensura vero ter experta constringebatur. Ögmundus exinde ædem in loco arenoso exstrui curans, ibi in posterum habitavit. Dallam Önundi Sjonii filiam uxorem duxit, ex qua duos suscepit filios, Thorgilsem et Kormakum, cui crines nigri, nonnullique capilli in orbem crispati, cutis vero albida; matri qvoque ex parte similis erat, statura et robore conspicuus, et perquam animosus. Thorgils taciturnus erat et modestus. Maturis fratribus Ögmundus obiit, Dalla vero villam cum filiis suis inhabitavit; Thorgils ad nutum Skeggii Midfjördensis villicationis curam gessit.*

Cap. III.

Thorkell nomen erat viro, qui Tungæ habitavit; susceperat ex uxore sua filiam

---

terræ naturales, sive bona in usum vertenda; strictiori sensu sumitur h. v. de feracitate, cfr.

er Steingerðr hèt, hûn var í Gnúpsdal at fóstri. Þat var eitt haust at hvalr kom út á Vaznes, ok áttu þeir bræðr Döllusynir. Þorgils bauð Kormaki, hvårt hann vildi heldr fara á fjall eðr til hvals. Hann kaus at fara á fjall með húskörlum. Maðr hèt Tosti, hann var verkstjóri, ok skyldi skipa til um sauðaferðir, ok fóro þeir Kormakr báðir saman, þartil er þeir komu í Gnúpsdal, ok voro þar um nóttina; þar var mikill skáli, ok eldar gervir fyrir mönnum. Um kveldit gekk Steingerðr fra dýngju sinni ok ambátt með henni; þær heyrðu inn í skálann til ókunnra manna. Ambáttin mælti: Steingerðr mín! sjáu [f]) við gestina. Hûn kvað þess enga þörf, ok gekk þó at hurðunni, ok stè uppá þreskjöldinn [g]), ok sá fyrir ofan hlaðann. Rúm var milli hlaðans [h]) ok þreskjaldarins, þar komu

f) sjáum, C, D. g) þrepskjöldinn, R. h) hleðans, A.

indic. ad Landn. Varia lectio: at sjá landskosti, *„ut terræ bona oculis lustrarent“ melioris est notæ et juxta contextum meliorem dat sententiam, his enim verbis Skeggius Midfiördensis modeste iis obtulit, ut tractum inhabitare terra-*

*Steingerdam, quæ Gnupsdali enutriebatur. Autumno quodam balæna in Vatnsnesum ejecta est, quam fratres, Dallæ filii, possidebant. Thorgils Kormako utrum in montana**) *an ad balænam***) *ire mallet, optionem dedit. In montem cum domesticis ire prætulit. Quærerentur oves ad nutum domestici, nomine Tostii, cui operarum cura; hunc Kormakus, donec Garpsdalum venirent, comitabatur; hic pernoctantur. Erat ibi cubiculum (hypocaustum) ingens, in quo foci ad homines calefaciendos succendebantur. Vesperi Steingerda a gynæceo suo unacum ancilla discedentes, homines ignotos intus in hypocausto audiunt. Videamus, Steingerda! ait ancilla, advenas. Steingerda regerit: neutiquam opus est; accedit tamen ad ostium, limenque ascensa supra struem speculabatur; in interstitio inter struem*

---

que frui possint, si ejus situs et feracitas iis placuerint. Th. G.

*) *Sc. ad pecora montivaga qværenda et colligenda; nam locutio* að fara á fjall *hæc etiamnum hodie involvit.* Th. G.

**) *Sc. secandam (pro prædæ portione adqvirenda).*

fram fætr hennar. Kórmakr sá þat ok kvað vísu:

Nú varð mèr í mínu
men-reið Jötuns leiði
rèttumst [i]) risti snótar
ramma ást fyrir skömmu;
þeir munu fætr [k]) at fári
fallgerðar [l]) mèr verða,
(alls ekki veit ek ella)
optarr enn nú svarra. [1])

Nú finnr Steingerðr at hûn er sèn, snýr í skotið [m]), ok sèr undir skègg Hagbarði. Nú berr ljós í annlit henni; þá mælti Tosti: Kórmakr! sèr þú augun utar hjá Hagbarðs höfðinu? Kórmakr kvað vísu:

Brunnu beggja kinna
björt ljós á mik drósar

i) rèttomst, C, R; rèttvins, D, St; rættumst, G. k) fáir, D, St., *prave.* l) faldgerðar, G. m) þar var hlaði fyrir dyrum ok Hagbarðr á vegg, þat var líkneski Hagbarðs, *ibi strues ante fores erat, Hagbardusqve in pariete, sc. effigies Hagbardi, add.* St.

[1]) Menreið *appellatio fæminæ, á* men, *monile, ornamentum aureum v. argenteum et* reið, *rheda, sedes.* Th. G. Jötunsleiði *quid sit, tantum conjicere licet, sepultum fuisse sc. aliquando gigantem aliquem in loco quodam animo aut cordi cognomini,*

limenque pedes ipsius cernebantur, quod animadvertens Kormakus cecinit:

Nunc puella meæ
menti includebatur;
Porrecta virginis planta mihi attulit
fortem (acerbum) amorem nuper.
Illi erunt pedes periculo
lapsus mihi [pepligeræ]
(alioquin plane nihil scio)
sæpius quam nunc mulieris.

Comperit nunc Steingerda se visam esse, in angulum se recipit, ut sub Hagbardi barba inspiceret. Lumine vero in faciem ejus refulgente, quærit Tostius: videsne, Kormake! oculos exterius ad caput Hagbardi. Kormakus cecinit:

Arserunt utriusque genæ
lucidæ faces in [adversus] me mulieris

---

atque adeo cor, pectus, animum ænigmatice dici Jötunsleiði *ɔ: gigantis tumulum.* G. P. *Gunnarus Pauli primas lineas ita verterat:*

Nunc erat mihi (egregia) in meo
Monilíproma corde
irradicavi mihi viraginis etc.

Prætulit ita lectionem rættumz, *at vocem* risti *minime tetigit. Errat cæterum vir doctissimus illud* leiði *pro sepulchro sumens; est enim synonymum*

(oss þlægir [n]) þat eigi)
eldhúss of við feldan;
en til ökla svanna
ítrvaxins gat ek líta
(þrá [o]) muna [p]) oss um æfi
eldast) hjá þrepskeldi. [2])

Ok enn kvað hann:

Brámáni skein brúna
brims und ljósum himni
Hristar hörvi glæstrar
hauk-frán á mik lauka;
en sá geisli sýslir
síðan gullhríngs Fríðar
hvarmatúngls ok hrínga
Hlínar óþurft [q]) mína. [3])

n) hægir, *commodat*, G. o) þik, *te*, D. p) þeir muno, R. q) óþarft. St.

---

cum voce byrr, *ventus secundus, aura prospera; at gigantis aura vetustis poëtis mensem vel animum sæpissime significavit (ut* jötuns byr, gríðarvindr *etc.)* F. M. Fallngèrðr *v.* faldgèrðr, *est fæmina apicigerula v. pepligera.* G. P.

[2]) Björt ljós kinna, *lucida lumina genarum, oculi.* Viðr, *gen.* viðar, *acc.* við, viðinn, *materies, ligna.* Itrvaxins, *præstantis formæ v. staturæ, gen. ab* ítrvaxinn, *qv. ab* ítr *eximius, præstans, et* vaxinn *partic. a verb.,* ek vex, *cresco.* Þrá *desiderium a. v.* ek þrái *v.* ek þreyi *desidero.* Th. G.

[3]) *Ordo prioris partis est:* Haukfrán brámáni hörvi

(nobis id non risum movet)
juxta culinæ stratam silvam.
Ast talos feminæ
pulchræ staturæ mihi contigit cernere
(desiderium nobis non per ætatem
senescet) apud limen (v. in limine).

Et præterea cecinit:

Ciliorum luna fulsit
sub lucido cœlo superciliorum fontium (fronte)
fœminæ lino ornatæ
acutus adversus me, ut accipitris.
Ille vero radius efficit
deinceps mulieris
oculi
illius et meum incommodum.

---

glæstrar lauka Hristar skein á mik und ljósum brúna brims himni: *Accipitrini instar lucidus mulieris lino ornatæ oculus affulsit mihi (lucem in me conjecit) sub lucida fronte. Posterioris:* En sá gullhríngs Fríðar hvarmatúngls geisli sýslir síðan óþurft hrínga-Hlínar ok mína (G. P.): *ille vero mulieris aureo annulo ornatæ superciliorum lunæ (oculi) radius efficit exinde incommodum monilium gestatricis (mulieris) et meum.* Brá-máni *ex* brá, *cilium, palpebra, et* máni, *oculus; poetice quasi luna palpebrarum.* Th. G. Brims *genit.* του brim, *æqvor (p. p.) (non, ut voluit* G. P. *vocis ignotæ* brím, *ignis n., alioqvin* brími *m.); hic* brúna brim *(superciliorum æqvor) innuit oculos, limpidis fontibus assimilatos;* ljós brúna brims himin, *lucidum cœlum fontes super-*

Tosti mælti: starsýn gerist hûn á þik. Kórmakr kvað:

Hóf-at lind, nè ek leynda
líðr hyrjar [r]), því stríði,
bands man ek beiða Rindi,
baugsæm [s]) af mèr augu;
þá húm [t]) knarrar hjarra
happ þægi bil [u]) krappra [x])
helsis sæm á hálsi
Hagbarðs á mik starði [4]).

r) hyrjar, R. s) baugsæn, G.; baugsærr, R. t) *ita* G; hún, *cæteri.* u) til, R. x) krapta, C, D, R, St.

---

ciliorum tegens vel superans, frontem serenam indicat. F. M. Hrist, *nom. propr. pocillatricis Odinis, adhibetur poetice h. l. de Steingerda, qvæ hic nominatur* lauka-Hrist, *pr. alliorum foemina, quod olera v. cibaria tractet vel promat.* Th. G. *De τῳ* glæstrar *hæc modo non abs re forte fuerit monere:* ek gljái *et* glói, *splendeo; confer.* gljárr *et* glærr *adj. lucidus, splendens;* gler *(Dan.* Glar*),* glas, *glessum, vitrum, res vitri instar, aut vitrefactum qvid;* glys *s.* glis *(utrumqve invenitur) splendens res sive polita;* glisligr *et* glossaligr, glæsiligr *adj.; inde* glisgjarn, *pulchrarum rerum appetens;* Glæsir *et* Glasir, *arbor aurea fronde;* Glæsisvellir; ek glæsi, *polio, exorno, unde partic.* glæstr; gló, gljá, *politura;* glóbjartr, *cui albus capillus;* glýr *risus;* glýaðr, *hilaris; cfr.* glæra, glóra, eldglæríngar, glæruskin, þat glórir i, glyrnur. G. P. Haukfránn, *accipitris instar acutis oculis instructus, ex* haukr, *accipiter, et* fránn, fráinn, *politus, nitens; in Jomsvi-*

Ad hæc Tostius: oculos in te figit. Kormakus cecinit:

Non divertit mulier, nec celavi,
ignem sentiens, illum dolorem,
(rogaturus sum illam)
annulis ornata a me oculos;
cum fœmina, commodam sortem adepta
ab arctis ædis cardinibus,
collari decorata in collo
Hagbardi me intuebatur.

---

kingas. occurrunt ormfrán augu *serpentis oculi renitentes.* Sýslir, *ab v.* ek sýsli, *operor, efficio.* Fríð *est una e novem Mengladæ nymphis, cfr.* Fjölsv. M. 39 *(appellatio fœminæ frequens) adhibetur h. l. de Steingerda, epitheto* gullhrings *adjecto, itaque fœmina annulo aureo ornata.* Hvarmatúngl *superciliorum lunæ, poet. oculi.* Hlín *Deæ nomen, adhibetur h. l. de foemina, epith.* hrínga *adjecto, foemina annulis ornata. Cæterum integra ista Stropha invenitur in* Gunnlaugs Ormstúngu saga *pag.* 164 *cum nonnullis variis lectionibus et locupletibus annotationibus adornata, ad qvas lectores ablegamus; ibi tribuitur ista stropha Gunnlaugo, hic vero Kormako, sed, ut ibi bene observatum est, omnis apparens contradictio evanescit, cum observetur, verbum* kvað *duplici uti notione sc. pangere et canere, Gunnlaugum itaque hoc carmen, cujus auctor Kormakus reverâ est, in suum usum convertisse.* Th. G.

[4]) Lind, *tilia, arbor f. g. semiplena appellatio.* Hyr *ignis, gen.* hyrjar; Hyrjar líðr, *qui ignem*

Nú gánga þær í skálann ok setjast niðr. Kormakr heyrir hvat þær tala til yfirlita hans. Ambáttin kvað Kormak vera svartan ok ljótan. Steingerðr kvað hann vænan ok at öllu sem bezt; þat eitt er lýtið á, at hárit er sveipt í enninu. Kormakr kvað vísu:

Eitt lýti kveðst íta
eldbekks[y]) á mèr þikkja[z])

y) elbiks, D.; eldbliks, G.; eldsiks, St. z) þekkja, R.

(*internum hoc loco) patitur;* liðr *a. v.* ek líð, *patior.* Band, *ligamen; hic vel quod gestatur, vel quod paratur; ejus* Rindr (*nomen mulieris Odini amicæ) fæmina;* man *pro* mun (μελλω) *ut alias sæpe; vel forte memini, et tum fuerit (ut* beiði-Sif) beiði-Rindr *sc. fæminam expetendam, dignam quam procer.* Baugsæm lind, *mulier annulo ornata;* sæmr, *decorus, honestus, comp.* sæmri, *superl.* sæmstr. Hann hefir setit sæmri daga, *dicitur de eo qui tempus commodius omisit, et jam alieno rem aggreditur.*

Posterioris partis ordo est: þá er happþægi-Bil krappra hjarra knarrar húms starði á mik helsis-sæm á Hagbarðs hálsi. Húm, *crepusculum, tenebræ;* (opt kom heim í húmi, Grettirs S.). Knörr, *navis;* Hjar, *n. g.* hjara (*quibusdam) f. g., in plur.* hjör *et* hjörur, *cardo, cardines;* krappr, *incurvus, arctus, aduncus;* krappra hjarra knörr, *domus; latebram autem intra domum quærebat Steingerda.* Happ, *ca-*

Fœminæ hypocaustum ingressæ consident. Kormakus ea, quæ de vultu ejus conserunt, audit. Ancilla Kormakum nigrum atque turpem esse asserit. Steingerda eum venustum et in omnibus conspicuum, uno nævo excepto, qvod crines in fronte in orbem contorti sint. Kormakus cecinit.

Unum virorum dehonestamentum,
sed tamen exiguum, dixit fæmina,

---

sus secundus; ek þigg, *accipio; inde* þægr, δεκτος, *acceptus:* húms þægi Bil, *tenebrarum appetens fœmina.* Happ *a. referri potest vel ad intentionem et judicium puellæ, vel ad id, quod consecuta est (videre sc. Kormakum) v. denique ad ejus laudem, qs. beatificam diceres.* Hún *si legas (pronominaliter* *illa*, *substantive* *ansa januæ) minus, ut videtur, commodam habebis mulierculæ periphrasin, uti nec domus sive ædiculæ.* Helsi, *collare, ab* Háls *collum, mutata aspiratione in palatinam; ut et in voce collis, quod nobis* háls *et* hóll; helsótt kýr *dicitur vacca anteriore parte usque ad armos (saltem collo) ruffa, postica alba; quod in genere ovillo est* höttótt, *quod nimirum* höttr *s. cucullus collum hominis obtegat; hinc et* fángelsi, *Dan.* Fængsel, ɔ: fánga-helsi. Ek stari, *Dan.* stirrer, *limis aspicio.* G. P. [*Has lectiones et versionem prætuli:* þá er helsissæm krappra húnknarrar hjarra happþægibil *etc.* ɔ: happ *commoda sors;* húnn *columna capitata;* húnknörr, *talium columnarum navigium* ɔ: *ædes.* F. M.]

Eir[a]) of aptan skærur
allhvít ok þó lítið;
hauk mærar[b]) kvað hári
Hlín velborin mínu
(þat skylda ek kyn kvenna
kenna) sveipat[c]) í enni[5]).

Ambáttin mælti: svört ero augun, systir!

a) er, C. R. b) haunkmarar, R. c) sveip, R. Th.

---

[5]) Lýti *n. g. a* ljótr *(turpis) nævus, macula, qvicqvid dedecori est.* Ek ýti *(ab* út *foras, extrorsum) protrudo;* ýtir, *qui protrudit (ut navim frequ.) promit, exserit etc. quovis modo, ut annulos, aurum, gladium; in fæmin. gen.* ýta *ut h. l. non passim certe obvium.* Eldr, *ignis;* bekkr, *rivus,* a bakki, *ripa, (Dan.* Bank); eldbekkr *potest dici vinum, rivus igniarius, quod ad focum potare veteribus non insolens, uti nec pocillatricum ministerium mulieribus. Potest etiam* bekks *s.* bekkjar eldr *dici aurum, et per hypallagen* eldbekkr; *sed et* biks *(picis) quod cum verbo* þikkja *apprime consonat, nec tamen satis decenter hic adhiberetur, forte factum ex* bliks, *rei splendentis v. fulgidæ s. fulgoris; et tum legendum esset non* eldbliks *sed* elfbliks *vel* ald- *aut* öldu-bliks ɔ: *auri, quod cujuslibet aquæ ignis vel splendor dicitur, et ejus proma v. datrix, fæmina. Item* eldblik, brent gull, *aurum igne purgatum et probatum, in igne et ex igne candens ac splendens.* Eir, *repetitio mulieris appellationis pleonastica, et simul semiplena, nisi*

admodum candida, in vespertina disputatione, in me sibi videri.

Dixit illa capillum
mulier nobilis meum
(illud [tale] oporteret me mulierum genus noscere) circulatim contortum in fronte.

Nigri, ait ancilla, sunt, soror! oculi, quod

---

forte prius pro íta *v.* ýta *legendum* hin ítra, *egregia.* Aptan-skærur: *vix hic locum habet sectionis aut stragis notio, qualem habet* Ragnars kviða: mær grèt morgin skæru, *et* skæri-bíldr *gladius ibidem, a verbo* ek sker, *seco; sed* skæra *tamen et indidem bene dici potest instrumentum quodlibet secans, ut Lat. forfex, nobis* skæri *neutr. pl.* Aptan-skærur *ergo sunt digiti puellares, quibus linum etc. forficem tenens vespertinis horis secat, a quorum candore laudatur; vel etiam* aptan-skærur, *crines a tergo tonsi, decenter castigati, et tum* allhvít *abs. positum, conjunctum cum τω* Eir *et ordo hujusmodi:* allhvít Eir kvaðst þikkja eitt lýti (en þó lítit) á mèr of aptan skærur, *quod mox explicatur.* Haunkmærar Hlín *cum quid sit, assequi non possim, substituo* haunkmarar *quod idem est; ab* haunk *(genit.* hánkar) *spira lanæ tractæ aut fili, hujus* mar *(equus v. fulcrum) est colus, et hujus* Hlín *fœmina.* Sveipr *circus pilorum orbicularis (s. vertex) qualis est et dicitur supra armos bovinos, a. v.* at sveipa *(Dan.* svöbe) *involvere, circumvolvere:* kona sveip ripti; Rígsþula. Sigurðr sveipr í ripti; (Brynh. Buðlad.) G. P.

ok samir þat eigi vel. Þetta heyrir Kormakr ok kvað vísu:

Svört augu ber ek, Sága
snyrtigrund til fundar,
þiki erma ilmi [d])
allfölr [e]) [ek lág [f]) sölva [g]);
þó hefi ek mèr hjá meyjum
mengrund komit stundum
hríngs við [havru at mánga [h])
hagr sem drengr enn fagri [6]).

d) ilna, G.; eikju, Th. e) allfölu, R. f) *ita ex conject.* G.; er lá *cæteri.* g) hinn snjalli, Th. h) haurnar mángi, D., St.; hörvar mángi, Th.; Hlökk at mánga, R.

Priorem strophæ partem ita legendam censeo: Eitt íta lýti, ok þó lítið, kveðst allhvít eldbekks eir, of aptan-skærur, þikkja á mèr. Ita *simpliciter genit. pl. a τω* ítar, *viri.* Eldbekks eir, *mulier scamnum foco propinqvum occupans vel adamans.* Aptan-skærur, *vespertinæ disputationes; vel etiam: vespertinæ (eroticæ) lites;* skærur *(vox fere vulgaris) lites, disputationes.* F. M.

[6]) Sága snyrti grund, *repetitio pleonastica, nisi forte prius legendum* Ságu *et referendum ad το* fundar, *vel* Sága! snyrtigrundar til fundar ɔ: *ad conventum mulierculæ.* Snyrtimaðr *et* snertimaðr *conjunguntur in Skalda cum* ofláti, glæsimaðr, prýðimaðr, *ornatus, ornatui deditus, cultus; et* snyrtiligr *de rebus et hominibus, pulcher, elegans, a. v.* ek snerti, *tango; qvod enim pulchrum est, liben-*

non decorum. His auditis Kormakus versum fudit:

Nigros oculos gesto, fœmella!
elegans fœmella, ad conventum,
si videar illi,
illi, inquam, admodum pallidus;
attamen ego apud virgines,
o fœmella! acceptus interdum fui,
ad colloquendum cum muliere
dexter, haud secus ac vir pulcher.

---

ter attingimus: vel per metath. ex snotr, *elegans.* G. P. [Sága *vel* Saga *alioqvin una Dearum septentrionalium; inde adhibetur poetice de fœminâ, variis epithetis adjectis e. gr.* Öl-sága *pocillatrix.* Th. G.] Armr, *m. g. brachium;* ermi, *f. g. manica; sed et forte* ermr, *f. g. id. quod* armr, *tam v.* ermi *quam* ermr *habet gen. plur.* erma. Ilm *v.* ilmr, *gen.* ilmar, *dat.* ilmi, *potest dici mulier, a. v.* at ilma, *bene olere; atque adeo hic* ermar ilm, *brachiis bene olentibus, vel in ulnis viri bene olens.* Ermar ilna, *alterius lect. est brachii calefactrix. Convenit autem* ilmr, *odor, fragrantia, et verbum,* at ilma *(act. et abs.) cum verbo lat. oleo, quo et referri potest Lat. odor, et Græc.* οζω *et* οςμη *v.* οδμη. *Grettis S.* dýrit hafði veðr *(odorem)* af manninum, *et* viðra um kríng eðr þefa, *odorem captare.* G. P. [Ilmur, *vocatur, in Edda juniore Asyniarum una, odori verisimiliter præfecta.* F. M.] Mánga, *blaterare, adhibetur usitatissime de vendentibus et ementi-*

Þar voro þeir um nóttina. Um morgininn er Kormakr reis upp, gekk hann til vatnkakka[i]), ok þó sèr; síðan gekk hann til stofu, ok sá þar engan mann, ok heyrði manna mál í innri stofu, ok snýr hann þagat; þar var Steingerðr ok konur hjá henni. Ambáttin mælti til Steingerðar: hèr ferr nú hinn væni maðr, Steingerðr! Hún svarar: víst er hann vaskligr maðr. Steingerðr kembdi sèr. Kormakr mælti: viltu ljá mèr? Steingerðr rètti til hans. Hún var hærð kvenna bezt. Ambáttin mælti: þó mundir þú miklu kaupa, at kona þín hefði slíkt hár sem Steingerðr, eða slík augu? Kormakr kvað vísu:

Avl-Ságu[k]) met[l]) ek auga
annat beðjar[m]) Navnnu,

i) vatnsbakka, R, St. k) avls augu, D. l) mer, C, D, St. m) beðja, R.

---

bus, sensu non nimis honesto; hic etenim multis sæpe, nec nimis veris aut fidis verbis opus; unde et in Spec. Reg. mángari, *mercator fallax et iniqvus, re, non minus qvam nomine, olim exosa, utcunqve se res hodie vulgo habeat.* — Allfölr lág sölva, *emendatio, qvam hic qvæsivi, mihi visa cum vera, tum necessaria; est vero*

Noctem ibi transigunt. Mane sequenti cum Kormakus surgeret, vas accedit aquaticum seque lavat; triclinium exinde ingressus, neminem vidit, loquentes vero in æde interiori audit, eoque vergit. Erat ibi cum fœminis Steingerda, quam ancilla alloquitur: hic, ait, Steingerda! it vir ille venustus. Steingerda regerit: certe alacritatem præ se fert. Steingerda se comebat. Kormakus: visne, inquit, (pecten) mihi commodare? Illa tradit. Aliarum mulierum ejus capilli præcellebant. Multum profecto, inquit serva, impenderes, quo uxor tua tales haberet capillos vel oculos quales Steingerda? Kormakus versum fudit:

Pocillatricis (puellæ) æstimo oculum
alterum mulieris

---

sölva lág *cibi datrix v. proma;* lág (ξυλον, *lignum) arbor strata, trabs jacens, et* söl *neutr. pl. alga escaria.* G. P. [Allfölr, *admodum pallidus* Th. G.] Komit *a. v.* ek kem, *venio; transit. (ut etiam Dan.) pono, colloco;* ek kem mèr, *me ipsum promoveo, colloco, abscondo etc.;* að komast, *idem;* að koma sèr vel eðr illa, *bene v. male se gerere, acceptum v. exosum, suo merito, fieri, per meton. anteced.* Hrings hörn, *fœmina, vel a lino* (hör), *vel a cornu* (horn). G. P.

þat er í ljósu líki
liggr, hundraða þriggja;
þann met ek hadd er[n]) hodda
hörbeiði Sif greiðir
(dýr verðr fægi[o]) Freyja)
fimm hundraða snimma [7]).

Ambáttin mælti: jafnaðarþokki er með ykkr, en þó muntu dýrt meta hana alla. Kormakr kvað vísu:

Alls met ek auðar þellu[p])
Íslands, þá er mèr grandar[q]),
Húnalands ok handan
hugstarkr sem Danmarkar;
verð ek[r]) Engla jarðar
Eir há-þyrniss[s]) geira,
sólgunni met ek svinna
sunds ok Íra grundar [8]).

n) *ita*, G.; en, *cæteri.* o) færi, R. p) þollu, St. q) grundar; D. r) er, R.; virð ek, G. P. s) *ita* G; há-dyrnis, *cæt.*

---

7) Öl-Sága *appellat. fœminæ poet. ab* öl (avl *v.* aul) *cerevisia et* Sága *Deæ nomen, inde fæmina pocillatrix, cfr. infra* ölstafns lýsigrund. Th. G. Beðjar, *genit. a nominat.* beðr, *m. g. lectus, h. l. sc. serpentis, lectus sperpentis est aurum, cfr. Gunnl. Ormst. S. p.* 98. Nanna, *nom. propr. Nymphæ, mulieris vero appellativum.* Hundrað,

quod in candido corpore
jacet, trium centussium;
Illum æstimo capillum, quem
fæmina pectit
(prætiosa fiet elegans fæmella)
quinque centussium tempestive.

Ancilla dixit: arbitrium vobis æquale, eam tamen integram magni æstimabis. Kormakus cecinit:

Totius æstimo fæminam
Islandiæ mihi nocentem
Hunnorum regionis et ultra (mare sitæ),
animo fortis, Daniæ.
Æstimo Anglorum terræ
mulierem,
virginem æstimo egregiam
etiam Hiberniæ.

---

de hac voce videri potest Arngrimus in Crymog. et Excurs. in Kristni-Saga. Haddr, *coma muliebris.* Hodda, *gen. pl. annulorum;* Sif, *nom. propr. Divæ;* Hodda-Sif *appell. poet. fæminæ.* Hör-Sif, *idem pleon. nisi forte* το hodda *ad seqvens semiplenum* fægi-Freyja *referre placeat, ut* hodda fægi-Freyja *sit mulier annulos atterens ac poliens,* o: *iis ornata.* G. P.

8) [Þella *v.* Þöll *f. g. arbor, pinus; appellatio fæminæ poetica, nam secundum Skáldam appella-*

Tosti kom þar ok bað Kormak gá nokkurs. Kormakr kvað vísu:

Lèttfæran skaltu láta
(ljóstu vendi mar [t]) Tosti)
móðr of miklar heiðar
minn hest und þèr renna;
makara er mèr at mæla,
enn mórauða sauði
um afrèttu elta,
orð mart við Steingerði. [9])

t) maðr, D, St.

---

tiones fæminarum poeticæ ab omnibus arborum nominibus fæm. gen. recte petuntur, cfr. Gunnl. Ormst. S. Th. G.] Auðarþella *arbor aurigera, mulier. Fæmina prima,* Embla, *ex arbore creata fuisse septemtrionalibus fingebatur.* F. M. Háþyrnis: há, *pellis equina, quibusdam etiam gramen post fænisecium enascens; aliis* þá *ut in* Hávamál *utrumque fæm. g.* Háþyrnir *ergo s. spina graminea, serpens (etsi in illa herba vix angvis latuerit) et ejus* geiri *(portio terræ graminea præcisa) aurum, cujus* Eir, *fæmina.* Eir háþyrnis geira *potest etiam dici mulier vel physice v. maritaliter. Ab* há, *pelle equina, dictum forte* þat háir honum ɔ: *vires, sanitatem etc. atterit v. conficit, in partem deteriorem usurpari solitum; quo enim strigosior fit equus, eo crassior cutis, quemadm. et aselli piscis; unde et vulgatum,* at láta gánga sèr til húðar, *strenuo*

Tostius superveniens, Kormakum ut rei cuidam attenderet rogat. Kormakus versum fudit:

Levipedem facies
(percute virga equum, Toste!)
anhelus per lata tesqua
meum equum sub te currere.
Commodius est mihi loqui,
quam verveces ruffos
per remota pascua persequi,
verba multa ad Steingerdam.

---

labore equum ob cutem fatigare ac macerare, quo etiam suum facit hiemis inclementia, cui etiam objiciuntur equi, neci destinati, a sævioribus nimirum dominis, quod bonus vir vix sine necessitate fecerit. Et sane illud at há *sæpissime de equis usurpatur;* þat háir *(personaliter) pellem procurat* ɔ: *crassiorem;* há *fortassis ab* hári, *(utut* r *in obliquis et derivatis retinente) pellis cum suis pilis.* Sunds sól, *aurum; ejus* Gunnur, *mulier.* G. P.

9) Ek lýst, laust, ljósta, *ferio, eadem forma ac* býð, sýð, rýð, brýt, hlýt, nýt *etc. convenit Lat. lædo per echtlipsin* του s, *nec minus ejus compositorum notio cum nostri hujus verbi significatu; hinc* ljóstr *venabulum, Dano-Norveg.* Lyster. Mór *est terra ruffa jam superne, ut* hrísmór, berjamór, língmór, *et id quidem dilute; jam interne, colore magis saturo ut* smiðjumór, brasmór, *utrumque varie æmulatur ovium color, gradibus hic non describendis. Vix bene dici*

Tosti kvað honum þat mundu þikja skemtiligra; ferr hann, en Kormakr sitr at tafli ok skemtir sèr. Steingerðr kvað honum betr orð liggja, enn frá var sagt. Sat hann þar um daginn. Þá kvað hann vísu:

Saurfirðum veit ek svarðar [u])
sefþeys at mèr freyja
grepps [reiðu man ek [x]) góða
geirteins [y]) skarar beina;
þó vâru vèr þeirri [z])
þavll hyltínga [a]) vallar [b])
(minnumst [c]) Eir at unna
unn-fýrs) meðal-kunnir. [10])

u) *Ita*, R, Th; Saurfirðum sverðar, A. x) ræðu trautt, R, Th. y) gentess, C.; gnýrteins, D, St. z) þeirra, D, St, R, Th. a) *ex conject. G. Pauli;* hyllínga, *cæteri.* b) mollar, Th.; mollu, R. c) minnst at (af) (minnumk, C.) viðum verðir valfýrs mengdar skjala, R, Th.

---

puto quibusdam morauðr *per* o *tenue.* G. P. Afrètt *pascua in montibus vel tesqvis communia, remota, ubi pecora æstivo tempore pascuntur; hinc locutio:* at reka í afrètt, *de pecoribus pascuis montanis immittendis.* Th. G.

[10]) ... Saurfirðum svarðar, *manifeste deest vox aliqua unius aut duarum syllabarum,* [veit ek] *quam verisimiliter* (mati *v.* kosti) *supplere visum; Sverðar* [svarðar] *verbum mihi ignotum, cujus tamen sensum materia suggerit.* G. P. [Saurfirðr;

Tostius id ipsi, inquit, majoribus fore deliciis. (Tostius) discedit, Kormakus vero remanens aleæ lusu delectatur. Steingerda effata ejus meliora quam ferebantur asserit. Ibi diem illam (Kormakus) commoratus cecinit:

Escam immunditie carentem apponit
mihi juncodora mulier,
prandium poetæ lautum exhibitum memini
frustatim dissectum cibum.
Eramus tamen illi
mulieri
(meminerimus istam diligere
fœminam) mediocriter noti.

---

immunditie carens, ex saur, *stercus, cœnum, quævis immunditiеs et* firðr *pro* firtr *orbatus, spoliatus ab v.* at firra *orbare.* Th. G.] Sef, *Dan.* Siv, *juncus.* Þeyr, *ventus calidus, hic exhalatio, effluvium; amant autem mulieres suo mundo herbas odoratas apponere atque involvere; hinc igitur fœmina* sefþeys-Freyja, *cultus studiosa, supra ad v.* ilma *pag.* 23. *In* Skálda *occurrit* hvarm-þeyr, *lacrymæ.* Reiða *id quod promitur; a. v.* ek reiði, *libro, veho, vibro quod a. v.* ek ríð, *vehor, libror.* Beini, *m. g. idem, ministratio cibi et potus, tum etiam quicquid hospiti officii præstatur;* beinn, *rectus, Dan.* lige; bein, *os, in specie, tibia, os longum et rectum.* Ek

sunds at sóttar grandi
sverð skyldi mèr verða;
forðumst vættr [m]), þvíat [n]) verða [o]),
vígnaðrs stafar [p]) aðrir
snertum [q]) í höfuð við hjarta
[helnauð ok kavr [r]) dauða. [79])

k) R. Th. *om.* ei. l) rand, R. Th. m) vættir, R. Th. n) því, R. Th. o) varða, Th. p) stafir, D. St., R. Th. q) snertu, C. r) helnauðar kör, St.; helnauð nè kör, D.; helnauð or kör, C.; helnauðir kör, R.

---

[79]) *Hic* rund *et* sunds *omitto, quid sibi velint non perspiciens. Cetera hoc modo ordinanda videntur:* ek rèð eigi, af reiði, þat morð at sverð skyldi verða mèr (at) sóttar grandi: *non putavi (celeber olim) illam necem etc.* Grandi, *absente particula* at, *hic masculine dicitur, idem quod* grand *neut. gen. Quodsi particula illa subintelligatur, erit* grandi *ablat. neut. gen. Posterioris partis, quem posui, sensus, vix forte dici*

que lateris fractæ deprehenduntur. Kormakus dicit sanatione non opus esse; e vulneribus aliquamdiu cubat; lugebant eum adeo incaute progressum esse. Kormakus carmen composuit:

Non putaram præ ira
celebris olim
fore morbi instar noxæ
mihi gladium.
vitemus malos genios, fiunt enim
viri alii
tacto capite et (vel) corde
lethales per decubitionem mortiferam.

---

meretur conjectura, sed meliorem invenire non licebat. Vígnaðrs stafar aðrir *tam vocative s. compellative quam nominative accipi potest.* Rèð, eg ræð *impero, potestatem habeo; cum genit.* hann fèkk þess ei ráðið, fjár síns ráðanði *etc.* Rund *al.* Hrund ɔ: Rönd *vel* Rindur *Odino adamata.* Sunds *a* sund *fretum, vix puto hic aut str:* 16 *cogitandum nisi exempla adsint ejusmodi ellipseos.* Sund *mihi potius est* r e g i o S i n d i c a, *unde haud dubie sericum notum et allatum, et inde* Sund *sericum dictum, atque illius* hrund *et* gunnur *fœmina. Quod si durum cuiquam videatur, observet, quæso, an mollius meliusve elephas vel elephantus pro ebore dicatur, vel Troja pro ludo equestri. Sic bombyx, ostrum, purpura, spadix. Et si id liberet aut*

Ok enn kvað hann vísu:

Varat með mèr í morgin
[maðr þinn [s]), konan svinna,
roðinn var hjörr til hodda [t])
handfögr [u]) á Irlandi;
þá [slíðr dregin [x]) sága
saung of [y]) mínum vánga
hlakkar [z]) trafr [a]), en hráfui
heitr fèll á nef sveiti. [80])

s) manni þeim, St. t) hefnda, D, St., R. Th. u) handfagr, R. Th. x) síðan drengjum, Th.; sídrengir, R. y) at, St.; ok, D. z) hlakka, St. a) tafn, R.; trafn, Th.

---

vacaret, multæ personarum locorumque metonymiæ adferri possent his aut nostra prædicta molliores. Sericum a Seribus, et hinc haud dubie serkr *indusium. Sed de his non dissero.* Sótt *morbus (cfr. Hypn. Gl. Synt.); ejus* grand *noxa, quod eum avertit; prævenit autem morbum letalem mors bellica, cui, ut hic factum, dominum eripuit gladius liberator. Alloquitur fœminam qvandam (Steingerdam) Kormakus in lectulo mori acerbe ferens: quemadmodum str. præced.* myndak *etc.* Varða; *hoc genuinum esse et jam dictis patere arbitror, pro quo librariorum* 'αβλεψία, *cæca et sola consonantiæ religione intrusis suum* verða, *difficili, ut passim, loci sanatione. — Cum prædicto* Sund *pulchre convenit Germ.* Seide, *per echtlipsin et nostrum Dano-*

Et adhuc:

Non erat mecum mane
maritus tuus, egregia mulier!
rubefactus erat gladius ob annulos
manu pulchra, in Hibernia;
cum gladius
caneret circa meas genas;
clangit aquila, sed corvo
incidit per rostrum calidus sangvis.

---

rumque Silki, *facile et* Serki *fieri potuit. An* Serkir *proprie primum dicti Seres, disqviri potést .... [De his jam consulendum Gloss. Edd. ant. III,* 246 *ad v.* Silki. F. M.] Forðumz aðrir vígnaðrs stafar vættur, þvíat þær verða (mönnum) helnauð úr kör-dauða. *Vitemus nos alii (per communicationem, cum id jam amplius non posset ipse Kormakus) malas naturas; fiunt enim illæ servitutis causæ (l. auctores), apud Helam, per mortem decubitoriam. Non interimunt gladio, ut ad Odinum honorificus detur transitus, sed misere torqvent, ut inde diu decumbendum sit, et tandem ad Helæ infelix domicilium abeundum.* Snertum í höfuð við ok hjarta; *parenthetice: Sinamus ferro penetrari caput et cor, s. objectemus has partes periculis;* snertum, *neutraliter passivo significatu, ut* nísta ek niðr ɔ: nístist, nístumzt (Rúna-Capit.) G. P.

80) Sága, *haud dubie idem quod* sög, *serra, sicut* sál, sála *etc.* slíðrdregin saga, *serra vagina educta, gladius.* Trafr, *dici videtur aquila a lacerando,*

Ok nú tók at líða at Kormaki, þá kvað hann vísu:

Dundi djúpra benja
dögg or mækiss[b]) höggi[c])
bar ek með drengjum dýrum
dreyrugt sverð á eyri;
bera knáttu þá breiðar
blóð-vavnd hjarar þundar
þó mun ek, greipa[d]) glóðar
gerðr[e]), strá-dauða verða. [81])

Kormakr kveðst Þorgilsi, bróðr sínum, gefa vilja fèit ok liðit; kveðst honum unna bezt at njóta. Síðan andaðist Kormakr, en Þorgils rèð fyrir liði[f]), ok var lengi í víkíngu. Ok lýkr þar sögu þessi[g]).

b) mætiss, C.; mæks, D. c) höggum, R. d) greipi, St. e) gerð, C. f) liðinu, D. g) þessari, D.

---

trefjur *enim fœm. pl. quæ lacera sunt, ut vestimenta, panni, lintea. Aquilæ peculiariter tribuitur ad* hlakka ɔ: *clangere.* G. P.

[81]) Dundi *præt. a v.* ek dyn *et* þat dynr, *de sonitu gravi, hic ad amnium fluxum respicitur.* Mækir, *machæra, manifesta vocum identitate.* Höggi, *ictu, hic vestigio.* Blóðvöndr, *virga sangvinaria, gladius.* Hjarar, *gen. sing. a* hjör *gladius; ejus* Þundr *(Odini nomen) vir;* greip *(genit. sing.* greipar, *pl.* greipa) *a v.* ek gríp *prehendo, digitorum intervallum;* greipa glóð *(pruna, ignis lucens) aurum; ejus* Gerðr *s. nympha, mu-*

Kormakus jam morti vicinus versum fudit:

Largiter effundebatur profundorum vulnerum
pluvia ex machæræ vestigio;
tuli (vibravi) cum viris egregiis
sangvinolentum gladium in ora;
ferre tum potuerunt latum
ensem viri,
attamen ego, mulier!
culmi instar cadam (emoriar).

Kormakus fratri suo Thorgilsi, quippe optime merito qui fruatur, opes ac exercitum se daturum declarat. Kormakus exinde obiit, Thorgils vero dux exercitus piraticæ diu vacavit. Hic historiæ finis.

---

lier; alloquitur enim hic et in Str. anteced. absentissimam Steingerdam, tanquam præsentem moribundus Kormakus. Strádauða, *ut* afsinna, örmagna, *non equidem graminis instar secti, sed vi hiemis s. cæli injuria cadentis; erat quidem mors Kormaki violenta, sed sine sangvine; cfr.* Suhm, om de Nord. Folks Oprindelse *Tom.* 2, *pag.* 37. 95. *Dolet igitur suam sortem poeta, quod cum pugnis gravibus interfuisset, seque strenue gessisset, in justa tamen acie cadere non licuisset, et per plurima vota vitam finire; hinc forte Str.* 81 myndak öl at Oðins í öndvegi drekka ... ef ej mèr Skrýmir lið veitti ɔ: veitt hefði: *biberem ... nisi Scrymeri auxilio evasissem; et* skjótt *referri potest ad* myndak, *mox biberem.* G. P.

Annotationes chorographicæ,

auctore Gunnare Pauli.

Saurbær, *non unius villæ nomen, ut passim, sed vallis satis frequenter habitatæ, in occidentali Dalensium toparchia sitæ, et sinum* Gilsfjörð *caurum versus spectantis, in superiore s. interiore parte bifidæ, sive in binas valles abeuntis,* Hvols-dal *et* Staðarhóls-dal, *qvæ eadem sunt duarum parochiarum nomina.*

Valafall, *forte et olim* Volafall, *unde hodie* Bolafall, *in suprema vallis Hvolensis parte, ad occident. vallis* Svínadal *ostium, inter* Bessatungam *(olim forte* Bessastadas) *et* Breckam *(hodie duæ sunt ejusdem nominis villæ) modico intervallo situm, sed obliqve satis, et qvodammodo e regione, triangulariter se habente horum locorum situ et respectu.*

Leiðhólmr *s.* Leiðarhólmr í Miðdölum, ɔ: *in australi prædictæ toparchiæ parte, a Saurbæ diurno fere itinere* (Þíngmannaleið) *dissita; a Midfjördo Hunavatnensi tractu, ubi Kormaki habitaculum, tertia circiter parte longiore via; locus publicus (insula amnis* Miðá) *juri dicundo publicisqve conventibus dicatus; cfr.* Arnesens islandske Rettergang.

Valastaðir, *ad sinum Hrutafiörd sita villa, hodie non exstat, nisi forte sit, qvæ hodie dicitur* Fallandastaðir, *in latere orientali, ubi (ɔ: in qvo) omnino cum sua Thorveiga Valium habitasse, historiæ narratio postulat.*

Fragmenta carminum

Kormaki Oegmundi filii,

gentilis Islandi, seculo X florentis,

in opere vetusto, Skálda dicto, nobis servata.

Accedit unica ejusdem auctoris ex Heimskringla Snorronis Sturlæi descripta stropha.

Opus celebre medii ævi Islandicum, qvod Skálda *(sive Poëtice) vulgo appellatur, pro parte secunda (et recentiore qvidem) sive continuatione Eddæ prosaicæ, vulgo Snorronianæ vel junioris dictæ, rite habendum est, et ita qvidem a Raskio nostro Holmiæ* 1818 *editum, sub titulo hocce:* Snorra-Edda ásamt Skáldu ok þarmeð fylgjandi ritgjörðum, 8. *Id nobis conservavit, inter multa carmina, a vetustatis Scandinavicæ poëtis composita, septem fragmenta, alibi non obvia, nostro Kormako indubie adtribuenda, licet auctor nullam de eo vel ejus origine aut conditione relationem lectori communicet, his voculis exceptis:* Kormakr kvað *(Cormacus cecinit). Hinc cæterum nostri inter Islandos ejus ævi insignem celebritatem, qvæ nulla uberiore illustratione egere censebatur, bene probari opinamur. Sunt autem ista fragmenta ad tres potissimum classes referenda, has videlicet:*

A. I & II, veterem Borealium mythologiam solummodo tractantia.

B. III-VI, ex odis encomiasticis, Sigurdo, Hladensi Norvegorum comiti et ejus filio Haconi dicatis. Accedit integra stropha, similis argumenti, ex Heimskríngla transcripta.

C. VII, e carmine amatorio, Steingerdam Thorkelis filiam celebrante.

Media illorum classis novam lucem nostri Kormaki biographiæ adfert, cum inde ipsum laudatos Comites talibus poematibus celebrasse discamus. Principes isti semper fuerunt numinum ethnicorum strenui cultores; non igitur mirum qvod Cormacus suis ad illos odis horum laudes intermiscuerit. Unum vel alterum illorum poëmatum vocatur a Snorrone Sturlæo, in Historia Regum Norvegiæ, Sigurðar-drápa, *qvod heroicum carmen celeberrimus auctor Kormacum Oegmundi filium de Sigurdo, Hladensi Comite, composuisse adserit. Una ejusdem stropha, qvam ipse lectori communicavit, his a nobis annectetur.*

Fragmentum septimum et ultimum probat Kormakum de Steingerda sua plures composuisse cantilenas, qvam eas, qvas præsens ejus vita nobis servavit.

Præterea tractatus grammatico-poëticus, qvi Skaldæ vulgo annectitur, sed parum dubie (ut Raskius jamdudum observavit) a diverso auctore compositus est, exhibet ultimum qvadrantem strophæ octonariæ unius; qvæ in poëtæ biographia legitur, sed alteri viro adtributum, qvod autem soli memoriæ lapsui esse adtribuendum infra demonstrare tentabimus.

Descripsimus hæcce fragmenta ex ipso Eddæ junioris Codice Regio, qvem tamen cunctis hisce locis cum Raskiana editione consonum reperimus. Addidimus porro (præter metaphrasin prosaicam et latinam nostram versionem) lectiones variantes, tam secundum Raskii notas (e Codice Upsaliense, Wormiano et pluribus) qvam diversos alios chartaceos libros et fragmenta, (notata B, C, D; Hypnones. α et β, vel collectioni Arnamagnæanæ, vel nostro Werlauffio et mihi ipsi propria, qvæ ego prolixius describere hic pro superfluo duxi. Stropha carminis Sigurðar-drápa, *supra memorata, a me ex magnâ Heimskringlæ Havniensi editione (qvæ qvoad textus criticam revisionem et latinam translationem magnas meretur laudes) est descripta. Revisio illa et carminum (repetita) versio e*

maximâ parte debetur Johanni Olavio, Hypnonisiensi, viro sui ævi doctissimo, cujus integras in hoc fragmentum curas his inserere minime hæsitavimus, paucillis nostris ad ipsa contenta adnotationibus auctas.

Finn Magnusen.

Fragmentum I.

(Skálda, *ed. Rask, pag.* 96 *et iterum* 176).

A, ad appellationes Odini, et B, in numinum denominationibus (pro probatione nominis Díar ɔ: *Dii, Divi),*

Textus.

Eykr með enmidúki
jarðlútr [1]) Día-fjarðar
breyti-hún [2]), sa er beinan [3])
bindr seið Yggr [4]) til Rindar.

Lectiones variantes.

1) *Sic recte Cod. Wormianus, at Regius, priore loco,* jarð-hlutr *(pars sive portio terræ); posteriore loco hic vocem eandem abbreviate videtur exprimere* jardhlerr (hlýrr, hlærr) *i. e. tellurem fovens, vel erga eam calidum aut placidum se gerens, qvod revera veritati magis congruum foret.*

2) beitihún *(navalem petasum)* C.

3) *Sic recte omnes priori loco, at Codex Regius perperam posteriore* beiþan *et W.* beinna.

4) *Worm. posteriore loco* ver (verr) *i. e. vir, maritus, sensum idoneum ita satis perspicue innuens.*

Metaphrasis prosaica.

Yggr, sá er bindr beinan seið til Rinðar, eykr jarðlútr breytihún [*vel* beitihún] með Día-fjarðar ennidúki.

Versio.

Yggus (Odinus) qvi directum ignem (vel amorem) ad Rindam (Tellurem) alligat (aut applicat) Terræ se inclinans, cumulat navalem petasum Deorum pelagi frontali velo.

Notæ.

Yggr, *(ɔ: metuendus vel meditabundus) unum Odini nominum.*

Rindur, *Odini amasia sive concubina, qvam alibi Tellurem denotare monstravimus (Lex. myth. bor. p.* 401, 526; *E. a. III,* 673, 798).

Eykr *proprie auget, adauget (præs. ind. verbi* ek eyk, auka) *hic: cumulat, tegit, involvit.*

Enni-dúkr *frontale velum.*

Día-fjavrdr, *Deorum pelagus.* Díar, *Dii, numina; eorum* fjavrdr *pelagus vel marinus sinus revera est aër sive atmosphæra nostra terrestris. Primario sensu* fjavrdr *(a* fjarr, fjær, *procul) significat distantiam, vel potius interstitium aliqvid, eandem efficiens, ut sinum maris, qvi viatores impedit et ab opposito, at optato, littore secernit. Sic aër, inter homines (terrestres) et Deos (cœlestes) situs, priscis* Díafjörðr *rite sonare potuit. Hujus (vel cœli) frontale velum nebula hic vocatur a gentile nostro poëta. Rinda sæpissime Tellus hiberna; Odinus, cœli Deus, verno tempore, igne aërio vel elementali ipsam visitans, nebulâ se induit, ac ea qvoqve (ut mox dicitur) navalem petasum obvolvit. Unum Odini nominum alias audit* Ennibrattr, *frontem arduam sive altam gestans, at Thori, ejus filii, (atmosphæræ proprii numinis) aliud* Ennilángr *ipsum longa fronte præditum esse innuit. Sic cœli vel aëris alta concameratio variis modis symbolice cum humana (divina vel gigantea) fronte comparatur; at cœlum alioqvin antiqvitatis poëtis vulgo audiit* Ýmis hauss, *Ymeris (protoplasti cosmogoniæ gigantis) caput sive calva p. p. Hinc*

nebula apte nominari potuit ennidúkr día fjardar ɔ: *cœli sive aëris frontale velum. Alioqvin terra vetustatis poetis audiit animalium et hominum mare* (sær dýra ok manna); *eadem ratione aër sive cœlum Deorum vel numinum pelagus appellari potuit.*

Jarðlútr, *Telluri se inclinans, a* javrð *terra et* lútr, *cernuus, pronus.*

Breytihúnn *vel* Beitihúnn, *e variis lectionibus, petasus navalis (mali).* Húnn *proprie est summitas vel petasus mali;* breytihúnn *variabilis petasus vel apex, optime de tritone sive ventilogio, illi adaptato, dicendum, a verbo* breyta, *mutare, variare (unde* breytinn *varius, p. p.) — at* beiti-húnn *navalis petasus sive apex (a* beit *navis, navigium).*

Seiðr *vel* Seyðr *ignis; veneficium igneum aut ignis magicus. Vates noster proprie describit ignem, ab Odino sive Cœlo ad Rindam vel Tellurem (é densa nebulâ) alligatum aut missum, sed revera physicos illorum amores (e veterum sententiâ) simul innuere videtur, ut in illo celeberrimo Virgilii:*

Tum pater omnipotens fœcundis imbribus Aether
Conjugis in gremium lætæ descendit et omnes
Magnus alit magno commistus corpore foetus.

Tales ideas et imagines cunctis, nobis notis, gentibus olim communes fuisse, alibi multis demonstrasse tentavimus, qvæ jam in medio linqvenda. Hic tantummodo monere voluimus præsentis strophæ hanc probabiliter fuisse occasionem et objectum: Kormakus noster, in mari versans, e nebulâ densâ, super pelagi superficiem paululum elevatâ, fulgura demitti observans, hoc naturæ phænomenon, versus pangens, descripsit ut præsentiam Odini sive Cœli, qvi suam Rindam, Tellurem hibernam aut (jam primum) vernam igneo (et amatorio simul) impetu per nubilum aërem ambire dignaretur.

Fragmentum II.

(l. c. pag. 98).

Ad denominationes Odini.

Textus.

Algildan [1]) bið ek aldar
allvald of mèr halda
yss [2]) bifvángi Ýngva;
úngr fór Hroptr með Gúngni.

Lectiones variantes.

1) Almildan A.

2) *Sic Cod. Upsal.* Yggs A. ys, *Worm.*

ysu *(sed non satis distincte)*; *revera forsitan* yss *Cod. Reg.*

Metaphrasis prosaica.

Ek bið aldar algildan Allvald at halda Ýngva yss bifvángi of mèr. Hroptr fór úngr með Gúngni.

Versio.

Precor præstantem ac summum populi (vel seculi) moderatorem elato scuto me protegere. Instructus Gungnere processit juvenis Hroptus.

Notæ.

Odinus hic rite vocatur aldar allvaldr *populi (vel seculi) summus moderator. Ejus tutelam Kormakus his deposcit.*

Ýngvi *vel* Íngvi *nominabantur plures summæ antiqvitatis Reges bellatores;*

Ýngva yss *(turba vel tumultus Ingvii) denotat pugnam; hujus* bifvángr, *mobilis vel vibrabilis campus, scutum priscis poëtis audiit.*

Hroptr *unum fuit Odini nominum;*

Gúngnir *hujus Dei hasta vel lancea nominabatur. De his uberius suis locis in nostro borealis Mythologiæ lexico disqvisiimus.*

Fragmentum III.

(l. c. pag. 158*).*

Ad virorum poëticas denominationes.

Textus.

Meiðr er mörgum æðri [1])
morðreins í dyn fleina [2]),
hjörr fær hildibörrum [3])
hjarl Sigurði jarli.

Lectiones variantes.

1) *Sic Cod. Worm. Upsal. et Hypnones. β.* eyðri *(prave) Cod. Reg.*
2) steina *Hypnon. β.*
3) *Sic Cod. Worm. et Hypnones.* hildum baurrum *(perperam) Reg.*

Metaphrasis prosaica.

Meiðr morðreins er mörgum hildibörrum æðri í fleina dyn. Hjörr fær Sigurði jarli hjarl.

Versio.

Bellator (iste) multis militibus, in spiculorum strepitu, est superior (vel præstantior). Comiti Sigurdo ensis terram (regnum) comparat.

Notæ.

Meiðr morðreins *de viro bellatore sic dicitur, licet genitivi* morðreins *nominativus*

mihi penitus lateat; morðrein *certe locus pugnæ, at hujus vocis singularis genitivus scribi deberet* morðreinar, *non* morðreins. *Eapropter hanc scriptionem corruptam esse censeo, at* morðleins *primitus audiisse. In membranis nostris medii ævi* r *pro* t *(et vice versa) a librariis minus doctis accipi facillime potuit.* Morðteinn *(cædis bacillus vel ferreus stimulus) tunc hoc loco denotaret gladium aut hastam vel aliud spiculum, ut* morðvöndr *Kormako ipsi ensem sæpius in cantilenis, ejus præsenti vitæ insertis. Alioqvin ensis pars Scandinavis qvondam audiit* eggteinn *(in pl.* eggteinar); mistilteinn *nomen fuit gladii famosi (ut olim surculi vel bacilli, Baldero lethalis). Cætera pro satis perspicuis habemus.*

Fragmentum hocce e carmine panegyrico, Sigurdum Hladensem comitem celebrante, desumtum esse videtur. Vita Kormaki nec ullam ejus cum Comite jam nominato conversationem, nec nostri de eo compositum elogium memorat, at nihilominus hoc auctori Skaldæ ut prius ipsi Snorroni notum fuisse discimus. Hinc simul confirmatur biographi testimonium de peregrinatione Kormaki in Norvegiam, Haconis boni (et Sigurdi Hladen-

sis Comitis) ultimis vitæ ac regiminis annis institutá.

Fragmentum IV.

(*l. c. pag.* 162).

Ad appellationes gladii.

Textus.

Svall, þá [1]) er gèkk með gjallan
Gauts eld hinn er styr belldi;
Glað fæðandi [2]) Gríðar
Gunnr; komst [Urðr at [3]) brunni.

Lectiones variantes.

1) *Cod. Worm. om.* þá; *Cod. Upsal. habet* sá.

2) bræðanða *id.* væðandi C.

3) Uðr úr *Cod. Reg.* ruðr or *Upsal.* Urðs af *Hypnones. β.* Urðs at D. Urðar at *alii.*

Metaphrasis prosaica.

Þá er hinn, er styr belldi, gèkk með gjallan Gauts eld, fæðandi Gríðar glað, svall Gunnur. Urður komst at brunni.

Versio.

Cum ille, qvi bellum commovit, processit, candentem Gauti ignem gestans et eqvum Gridæ pascens, intumuit pugna; Urda (suum) fontem revisit.

N o t æ.

Præfatur ita huic fragmini Skaldæ compositor: Sverð er Óðins eldr, sem Kormakr kvað ɔ: *Gladius est (vocatur, a poëtis) Odini ignis ut Kormakus cecinit.* Gautr *certe unum audiit permultorum illius Dei nominum.* Gjallr gautseldr: *candens (aut splendidus) — vel etiam sonorus, qvæ notio hic vix admittenda, — Gauti (Odini) ignis (sive flamma) pro gladio est accipiendus. Odinus Ægerum, maris Deum, convivio excipiens, aulam Valhallam splendentibus ensibus, candelarum loco, illuminasse fertur. Vide de hacce fabulâ Lex. myth. bor. p.* 510 *(Æ. a. III,* 782*).* Gríður *(Grida) fuit Oreadum sive gigantearum mulierum una at* Glaðr *(Gladus), nomen variis eqvis, in Edda celebratis, impositum; Hirrokina et plures Oreades lupo (pro eqvo) vectæ sunt; sic* Gríðar glaðr, *lamiæ eqvus, lupum vati denotat.* Gunnur *(sive* Guður) *Valkyriarum vel Bellonarum una, pro ipsa pugna hic sumitur.*

Urður *(Urda) Nornarum sive Parcarum primaria, fonti celeberrimo (qvi* Urðarbrunnr *dicitur) præfuisse fertur; hunc, e poetæ sententia, jam revisit, ut gravia heroum vel bellatorum fata decerneret. Librarius, co-*

dicem regium Eddæ junioris literis mandans, Idunnam (qvæ interdum vocatur Iδ-uδr *vel* Iδ-unnr, *vulgo* Iδ-unn) *respexisse videtur, cum ipsius cœleste domicilium* Brunnakur *(fontanus vel fontis ager) in vetustis poëmatibus appellatum inveniatur.*

Si rite legendum: Gunnur komst Urδar at brunni *sensus talis eveniet: Gunna (Bellona) ad Urdæ fontem pervenit (stragem vel lethum ibi efficere aut inde mittere cupiens).*

Fragmentum V.

(l. c. p. 173).

Ad Comitum et procerum appellationes (p. p.)

Textus.

Heyri sonr á Syrar [1])
sannreynis fentanna
(avr greppa [2]) lætr [3]) uppi)
jastrín [4]) Haralds mína.

Lectiones variantes.

1) Syrjar *Hypnones. β.*
2) greipa *Upsal.*
3) lætk *Worm.;* lèt ek *Upsal.*
4) ástrín *(amatum vel gratum fluentum) Upsal.*

Metaphrasis prosaica.

Heyri sonr Syrar, sannreynis Haralds, (avr lætr [hann] greppa uppi) á mína fentanna jastrín.

Versio.

Audiat filius Syri [Sigurdi] Haraldi (Regis) fidissimi amici, (is largus vates promovet), meum (jam) carmen!

Notæ.

Auctor Skaldæ huic fragmento ita præfatus est: Sva skal mann kenna við ætt — (*vel:* Einninn má *etc.*) — sem Kormakr kvað: *Sic homines de genere (vel: stemmate) suo sunt denominandi [vel etiam . . . . , denominare licet] ut cecinit Kormakus. At idem posterius hæc addit:* Hann kallaði jarlinn sannreyni konúngsins, en Hákon jarl son Sigurðar jarls ɔ: "*Is vocavit Comitem verum exploratorem (vel tentatorem) Regis, sed Haconem Comitem filium Sigurdi Comitis.*" *Sic priscus commentator vocem* Syrar, *pro genitivo nominis satis noti* Sigurðar *positum esse putavit; idem proprium viri nomen hodie qvoqve vulgo Norvegico audit* Sjur *Færoensi* Sjurur. Sannreynir *vi vocis verus vel fidus explorator i. e. fidissimus aut intimus ami-*

cus, cui nulla latent fautoris consilia vel meditationes. Vox fentanna *hic gravi laborat obscuritate vel ambiguitate. At tamen ita (me sentiente) his modis verti vel intelligi potest:*

a) Fentanna, *gen. sing. vocis* Fentanni *m., qvá gigas appellari videretur (cum talis alioqvin audiat* Fenrir, *sed mulier gigantea* Grottintanna, *p. p.)*

b) Fentanna, *gen. pl. vocis* Fentavnn *(dens paludis, oceani sive abyssi) i. e. lapis, petra, saxum (ad modum* lagartavnn, *in gen. pl.* lagartanna *etc.) at lapides et saxa ossa vel dentes terræ a vetustatis poetis vocabantur.*

Jast-rín, *fermentans vel fermentatum flumen aut fluentum (hic liqvor) a* jast *sive* jastr *spuma, mucor vel fermenti genus, variorum liqvorum (ut vini, cerevisiæ, seri lactis et pl.) superficiei adhærere vel insidere solens — et* rín *fluentum, flumen, amnis (in specie tamen Germanorum Rhenus). Hic insuper notandum qvod verbum* renna *(fluere, profluere) freqventer de voce sive sermone aut poëmate usitetur (e. gr. in phrasibus:* þat rennr upp úr honum; hann kann þat reip-

rennandi *et pl.); cfr. Lex. myth. bor. pag.* 401 *(Edd. ant. III,* 673*).*

Sic fentanna jastrín *aut denotat* α) *gigantis aut etiam;* β) *saxorum fermentatum liqvorem sive potum i. e. mulsum illud percelebre poëtarum (ipsam poësin) qvod a Gigante Suttungo (vel Suptungo) in ejus rupe sive saxea spelunca reconditum fuisse fertur. Loqvitur autem poëta noster de proprio suo carmine.*

Cæterum conjicere liceat mendum grave, sed unius tantum literæ, prius horum duorum vocabulorum corrupisse, cum nimirum fenranna *mutatum fuerit in* fentanna. *At certe* Sýrar Fenranna jastrín *iterum poësin significare posset.* Sýr *enim notum nomen Deæ Freyæ, cujus domicilium* Fensalir *eadem notione* Fenrann *vel* Fenravnn *dici potest, a* Rann *(recentioribus* rannr) *domus, aula, at illa Dea fertur cantiones vel carmina amasse, unde poësin vel odam ei tali modo adscribere fas esse opinamur.*

Secundum Skaldæ expositionem istam odam Kormakus Haconi, Comiti Hladensi, Sigurdi filio dedicasse videtur. Haraldus (Rex), in ea nominatus, aut fuit celeberrimus ille Pulchricomus (primus Norvegiæ

monarcha), revera Sigurdi, ipsius comitis vel satrapæ, insignis fautor, aut Haraldus Grafeldus, qvi brevi tantum temporis spatio se erga illum benevolum gessit. Si de Grafeldo hic sermo est, odam hancce anno 963 *vel* 964 *compositam esse censemus.*

Fragmentum VI.

(l. c. pag. 174*).*

Ad denominationes poëseos.

T e x t u s.

Hróð 1) geri ek of mavg mæran
meirr Sigröðar 2) fleira
hapt sœnis 3) galt ek hânum
heið sitr Þórr í reiðu 4).

Lectiones variantes.

1) *Sic Cod. Reg.* — Hróður *(ut alioqvin magis usitate) Worm.*
2) Sigurðr [Sigurðar] *Upsal.* Hákonar C.
3) sænis *Upsal.* B. fönis *Worm.* sæmis C.
4) reiðum *Reg.*

Metaphrasis prosaica.

Ek gjöri meirr fleira hróðr of mæran Sigröða rmavg. Honum galt ek sœnis hapt. Þórr sitr í heið-reiðu.

Versio.

Carmen porro prolixius de claro Sigurdi filio pango. Ipsi poëma dicavi. Thor (Deus) in ætherea (coelesti) rheda sedet.

Notæ.

Sigröðr *idem nomen est ac* Sigurðr *(celebris ille Hladarum comes); ejus filius Hacon, potens sive dives* (hinn ríki) *vulgo dictus; qvi sic his celebratur. At si retinenda lectio:* mavgr Hákonar *(Haconis filius) de patre revera sermo foret.*

Sœni *vel* Sæni *vox certe inusitata et obscura; opinamur autem eam (eodem modo ac* læna *a* lón) *derivandam a τω* Són, *vas unum, inter plura, qvæ poeseos mulsum continuisse feruntur (sonum forsitan allegorice denotans) — et sic ipsam poësin significare; tunc* sœnis hapt *poeseos vinculum sive funis, i. e. oda, poëma, ut* mærðar þáttr *etc. nostratium; cfr. Latinorum* c a r m e n, c a r m i n a r e *p. p.).*

Heið-reið, *ætherea sive coelestis rheda, hic vocatur Thori fulminatoris vehiculum. Versiculus iste pro intercalari habendus esse videtur; verisimiliter ob eam causam, qvod oda ipsa in majore qvodam Thori festo primum fuerit solenniter recitata.*

Fragmentum VII.

(l. c. pag. 320-321*).*

Epentheseos exemplum.

Textus.

Þvíat mál-vinu minnar
mildr Þorketill [1]) vildi [2]).

Lectiones variantes.

1) *Sic recte Wormianus; at transscripta, qvibus Raskius Holmiæ usus est, mendose:* Þortekill, *qvod ipse rite correxit.*

2) Vildir *(voluisti).*

Metaphrasis prosaica.

Því at mildr Þorketill vildi málvinu minnar....

Versio.

Nam clemens Thorketillus voluit amicæ mecum sermocinantis ....

Notæ.

Addit ipsius grammatico-prosodici tractatus auctor: Hèr er Þorketill settr fyri Þorkell ok aukit tveim stöfum nafnit, en einni samstöfu til þess at kveðandi haldiz. *I. e.* "*Hic* Þorketill *ponitur pro* Þorkell, *et hoc modo nomen istud duabus literis adauc-*

tum, seu una syllabâ, ut scilicet mensura metri observetur." *Nihilominus prior illa nominis forma posteriore et jam qvoqve Islandis usitatâ (qvorum multi* Þorkell *nominari solent) fuit longe correctior et antiqvior.* Þórketill *rite vertendum: lebes Thori (sacrificialis vel sanctus), Cimbrorum illum, qvondam celeberrimum, in mentem revocans, at contractum* Þorkell *(unde Danorum et Norvegorum recentius* Thorkel, Torkel, Terkel) *nullam admittit significativam sententiam vel explicationem. Kormakum præterea, in aliâ cantilena, præsenti ejus vitæ insertâ, Steingerdam vocare cernimus* Þorketils dóttur ɔ: *Thorketilli, non Thorkelis, filiam (vid. supra pag.* 170*).*

Alioqvin hic, sine dubio, Kormako sermo fuit de Thorkelo Tungense, Steingerdæ patre, et simul de hac ejus amasiâ, qvæ diu, summo jure, ejus málvina *appellari merebat. Cfr. ipsius biographiæ Cap. III et IV (pag.* 8, 32 *et alibi).*

Continet postremo tractatus ille grammatico-poëticus (Ed. Rask. pag. 321*) qvadrantem ejus Kormaki strophæ, qvæ supra Cap. XIII pag.* 130-132 *continetur, at auctor eun-*

dem non nostro, sed Bjoernoni cuidam adscribit, his nimirum verbis: "Bietesis *(Worm. Dietesis, e Raskii emendatione Dieresis)* gjörir tvær samstöfur af einni, sem Björn kvað:

Nu læt ek at þèr [1]) þrióti
Þórröðr vinum ora [2]).

Hèr eru tvær samstöfur gjörfar af einni, Þórðr, til þess at kveðandi haldiz"

1) þar C.

2) Þórrauðr vini orfa C.

ɔ: *"Diæresis unam syllabam in duas distrahit, ut Bjoerno cecinit:*

Jam statuo ibi (hic, nunc) deficere
Thorrode! amicis nostram (vel nostros)" ...

Hic una syllaba in nomine Þórdr *distracta est in duas, ut mensura metri conservetur."*

Vidimus vitam Kormaki fragmen hocce revera magis fide reddidisse. Suspicamur cæterum auctorem illum istud, memoriæ lapsu, adtribuisse Bjoernoni ɔ: Hitdalensium athletæ vel heroi, cui primum magna erat amicitia cum Thordo Kolbeinis filio contracta, qvæ posterius in odium gravissimum transiit; — at hi versiculi in eo Bjoernonis (adhuc ineditæ) vitæ exemplare, qvod ad manus habeo, nullibi inveniuntur. Floruit revera Kor-

makus diu ante laudatum Bjoernonem, qvi igitur facile potuit verba, ab illo prolata, mutuo suo et Thordi Kolbeinidis commercio adaptasse. Alioqvin de hac grammatica diæresi idem, ac de priore epenthesi monere liceat, cum forma nominis proprii Þórröðr *recentiore et contractæ* Þórðr *longe correctior et antiqvior fuerit. Denotat illud* Þórroðr *virum (bellatorem) qvi Thori gratiâ vel robore instructus hostes aut hostiles machinationes exstirpare sive vastare posset aut deberet. E contrario magis usitatum* Þórðr *(ut multi hodierni ævi Islandi nominantur) omni significatione et sensu est destitutum. Hinc Raskii sententiam de illius tractatus auctore: qvod vetustioris Scandinavorum lingvæ et poëséos minus gnarus fuerit, et eapropter a Skaldæ compositore diversus — summam probabilitatem acqvirere censemus.*

Fragmentum VIII,

e carmine, dicto Sigurdardrápa, *descriptum e magna Heimskringlæ Havniensi editione T. I. pag.* 140, Saga Hakonar góða ɔ: *vita Regis Haconis boni, alias dicti Adalsteinis nutritii, Cap.* 19 — *et Johannis Olavii Hypnonesien-*

sis poëtico commentario, in ejusdem operis T. VI. pag. 24.

Textus.

[Hafit maðr ask nè eski 1)
afspríng með sèr þíngat 2)
fè færanda 3) at færa
fæst 4) vèltu 5) goð þjassa.
Hverr mani 6) vess við 7) valdi 8)
vægja kind of 9) bægja 10)?
því at fun 11) rögni 12) fagnar
feus, vá gramr 13) til menja 14).

Lectiones variantes,
e variis codicibus desumtæ.

1) C. Hafi maðr er eskils D. hafi maðr nè eskils E. eskis.
2) C. D. þángat.
3) E. færandi B. særanda.
4) E. fæz, *ceteri* fetz. [*Cfr. meas notas seqventes.* F. M.]
5) B. vetti. C. D. veizlo. E. velltu.
6) A. B. moni C. muni. [*Suspicor originitus, pro prosodica nostratium assonantia, eodem sensu dictum esse* skyldi *pro* mani. F. M.]
7) B. fyri.
8) C. D. valda.

9) A. um. B. kindom.
10) B. bæar.
11) A. fur. B. furr.
12) A. rögn. B. rögnir.
13) B. gurms.
14) C. D. nema.

Metaphrasis prosaica.

Hafit maðr með sèr þíngat ask nè eski at færa afspríng þjassa (sem) goð væltu: fæz fè færanda. Hverr mani bægjaz við vess vægja (veggia) valdi, því at fens-fun-rögni fagnar. Gramr vá til menja.

Versio.

Non opus est cuiqvam vel choenicem vel vasculum illuc proferre, ad progeniem Thiassii, qvem Dii decepere. Datur (dabitur) pecunia largo viro. Qvis (hominum) audebit offendere sacrorum parietum antistitem, nam paludum ignis (auri) dominus (hospites læte) [*laute*] *recipit; bello princeps monilia (cimelia) acqvisiit.*

Notæ.

Occasionem hujus strophæ contentorum ita breviter l. c. enarrat Snorro Sturlæus: Sigurðr Laðajarl var hinn mesti blótmaðr ok sva var Hákon faðir hans; hèlt Sigurðr

jarl upp blótveizlum öllum af hendi konúngs þar í Þrænda lögum. Þat var forn siðr, þá er blót skyldi vera, at allir bændur skyldu þar koma sem hof var, ok flytja þannig föng sín, þau er þeir skyldo hafa meðan blótveizlan stóð. At veizlu þeirri skyldu allir menn avl eiga: þar var ok drepinn allskonar smali ok sva hross; .... Slátrit skyldi sjóða til mannfagnáðar. Eldar skyldu vera á miðju gólfi, í hofinu, ok þar katlar yfir, ok skyldi full of eld bera. Enn sá er gerði veizluna ok höfðíngi var þá skyldi hann signa fullit, ok allan blótmatinn; skyldi fyrst Óðins full drekka til sigurs ok ríkis konúngi sínum, enn síðan Njarðar full ok Freys full til árs ok friðar. Þá var mörgum mönnum títt at drekka þarnæst Bragafull. Menn drukku ok full frænda sinna þeir er göfgir höfðu verit, ok voru þat minni köllut. Sigurðr jarl var manna örvastr; hann gerði þat verk er frægt var mjök, at hann gerði mikla blótveizlu at Löðum, ok hèlt einn upp öllum kostnaði. Þess getr Kormakr Ögmundarson í Sigurðar drápu" ɔ: "*Ethnicorum numinum cultui maxime deditus fuit Sigurdus Jarlus [sive Comes] Hladensis, qvalis fuerat pater*

ejus Hacon. Vice Regis, convivia circa sacrificiorum solennia ordinandis, ibi per Throndensium provinciam præerat Sigurdus. Erat veterum more receptum, ut cum sacrificia erant celebranda, ad templi locum freqventes convenirent cives omnes, ferentes secum singuli victum et commeatum, qvo per sacrificiorum solennia uterentur, singuli etiam cerevisiam, qvæ isto in convivio adhiberetur. Mactata sunt etiam, hunc in usum, omnis generis pecora, nec non eqvi. Erat caro, in communem comessationem, coqvenda. Medio in templi pavimento ignes ardebant accensi, super qvos penduli essent lebetes, poculaqve transmittenda. Convivii structor Princeps pocula debebat consecrare, cibumqve, qvi ad sacrificia adhibebatur, omnem. Primum Othino exhauriendum erat poculum, pro victoriá Regi impetrandá, regnique felicitate; post hoc alterum Njordi Freyiqve in honorem, pro felici annoná atque pace; qvo facto, multis usu erat receptum, poculum libare, Bragafull *dictum. Præterea pocula exhauriebantur in memoriam defunctorum morte propinqvorum, qvi præclari olim nominis fuerant, dictaqve sunt illa* minni. *Erat Sigurdus Jarl vir omnium liberalissimus; fecit sua mu-*

nificentia, qvod ore vulgi latissime est celebratum, structum opipare in Hladis, festo qvodam sacrificiorum, convivium, cujus omnes ille solus tulit sumtus; id qvod memorat Kormakus Oegmundi filius in carmine dicto Sigurðardrápa." *Hic e maxima parte Schoeningii latinam versionem secutus sum, paucis tantummodo, qvas necessarias duxi, mutationibus adhibitis; omisi ita hæc verba, vocem* Bragafull *explicantia:* "*in memoriam Heroum atque principum, in bello cæsorum,*" *cum nullum eorum revera in ipso textu occurrat, licet alia, ejusdem sententiæ, in Danica versione legantur. Poculum illud (in Bragii, poeseos et eloqventiæ Dei honorem) jolensis festi principali vespere ebibi solebat, cum convivæ ad idem, manus sacro sive piaculari verri imponentes, vota solennia voverent. Conferantur porro de hac re* Ýnglínga-Saga *Cap.* 40 *et Edda antiqvior II,* 591, *III,* 207 *(vel Lex. myth. bor. p.* 35*). Ad vocem* minni *id notandum qvod originitus eadem fere vox sit ac Græcorum* μνημα *q. d. memoriale* ɔ: *memoriale poculum. Cfr. Dan.* Minde (Mindebæger), *Svec.* Minne *p. p.*

Qvoad mentionem Kormaki nostri et ipsius carminis Sigurðardrápa, *a Snorrone*

Sturlæo factam, id animadvertere liceat, qvod hinc optime confirmari videatur conjectura cl. P. E. Mülleri (Saga-Bibliothek *I*, 144) *qvâ Kormaki vitam seculo* 12mo *literis mandatam innuit. Est enim manifeste opere Snorronis antiqvior, cum alioqvin sui herois cum Hladensibus Comitibus conversationem et ejus in illorum laudes compositum poëma, certe non reticuerit. Qvod Kormaki historia in parte boreali Islandiæ scripta sit, pro verisimillimo est habendum, cum e contrario Snorro, in meridionali educatus, inter permulta vetustatis carmina, qvæ Oddæ et alibi collectaverat, in illud qvoqve inciderit, licet ipsi Kormaki biographo ignotum. At tamen proh dolor! hujus illa unica stropha tantummodo nobis est servata. Pro ejusdem illustratione hæc seqventia addere liceat:*

Sigurdus Comes, a Kormako decantatus, ab eo vocatur afspríngr Þjassa *(progenies Thiassii), hac nimirum ratione: Antiqvissimæ septentrionis traditiones (qvamvis partim, ut videtur, a poëtis, proceres fautores adulantibus, fictæ) Regum et principum origines ab Odino (ut Græcorum mythi a Jove) deducere soluerunt. Sic Hladenses Comites, adqvisitâ magna (ut tandem revera*

regiâ) inter Norvegos potestate, genus suum retulerunt ad Semingum, Odini filium, qvem hunc Deum cum Skadea, (Thiassii filia) a Njordo, priore marito, separata, sed Odino posterius nupta, genuisse ferebant poëtæ (e. gr. celeberrimus Eyvindus Skaldaspiller in carmine Háleygjatal ɔ: *Halogicorum principum genealogico recensu). Vid.* Ýnglínga-Saga *Cap.* 9 (Hkr. *l. c. I,* 13-14, *VI,* 1). *Hos conjuges in Mannheimis (ɔ: humanis vel hominum regionibus) vates iste habitasse dicit; at prologus Eddæ junioris (ipsâ certe recentior et minus authenticus) Skadeæ deæ nullam facit mentionem, sed hæc de Odino refert (Ed. Rask. p.* 15 *prol.):* Eptir þat fór hann norðr þar til er sjár tók við honum, sá er þeir hugðu at lægi um öll lönd, ok setti þar son sinn til ríkis, er nú heitir Noregr, ok telja þar Noregs konúngar sínar ættir til hans, ok sva jarlar, ok sva ríkismenn, sva sem segir í Háleygjatali ɔ: *"Postea ad septentriones [e Sveciâ] propius pergit, donec eum exciperet oceanus, qvem omnes terras cingere putabant; is ibi filio suo, Semingo, regnum destinabat, ubi nunc Norvegia vocatur. Ab hoc Semingo genus suum numerant Reges Norvegici, ut et Comites ac alii*

Magnates, qvod etiam in Halogianorum recensu monstratur." At nihilo minus utraqve Edda illud Skadeæ cum Odino matrimonium et talem Norvegiæ principum ex eodem progenerâtionem penitus ignorat, unde dictam traditionem antiqvissimæ nostratium mythologiæ vix propriam fuisse credimus. Cfr. porro Lex. myth. bor. p. 426-27 *(Edd. ant. III,* 698-99*); at de Thiassii a Diis patrata deceptione. p.* 199 *(III,* 471*).*

Suspicamur alioqvin primæ voculæ illius strophæ versus qvarti unam literam corruptione qvadam ita immutatam evassisse, qvod fast *pro* fæst *(vel* fæz*) poetæ ipsi olim sonuerit. Sic certe*

fast veltu [væltu] góð Þjassa

assonantiæ poeticæ regulis melius conveniret qvam fæst. *Tunc hic eveniret dimidiæ ac prioris strophæ partis prosaicus ordo:* Hafit *etc. (ut supra)* at færa fè-færanda; fast *etc.; at sensus hicce: Non opus est etc. ad pecuniæ oblatorem (vel dispensatorem), progeniem illam Thiasii, qvem Dii graviter decepere.*

Vocem skyldi *pro* mani *in textu verisimiliter restituendam esse, supra ad variantes lectiones innuimus.*

Ve *sanctuarium; sacrum ignis numen p. p. nostro ipsum templum.*

Vægja *pro* veggja *hic satis inusitate dictum audimus, at eodem modo veteres poetæ dicebant* tvægja *vel* tveigja *pro* tveggja.

Fens-fur, *paludis (maris vel abyssi) ignis aurum vatibus audiit; ejus* rögni *vel dominus (freqventius* rögnir): *princeps liberalis.*

Index

Personarum in historia Kormaki occurrentium.

Index Geographicus.

Index rerum maxime memorabilium.

Index vocum rariorum

in historia Kormaki occurrentium, necnon aliarum talium, appendii inclusarum, ac asterisco præfixo signatarum.

Errata.

Pag. 6	*lin.* 5	hönðunum *l.* höndunum
— 14	— 20	*mensem l. mentem*
— 15	— 11	*acutus l. acute*
— 23	— 26	*οςμη l. ὄσμη*
— -	— 9	*vocatur, in l. vocatur in*
— 81	— 17	*commodabit inqvit l. commodabit, inqvit*
— 100	— 7	ofús *l.* ófús
— 107	— 15	*vicunt l. vincunt*
— 123	— 6	*prætruderem l. protruderem*
— 125	— 20	*pulveræ l. pulvere*
— 129	— 22	*apta l. aperta*
— 151	— 6	*arcidet l. arridet*
— 152	— 6	mæltí *l.* mælti
— 162	— 7	þík *l.* þik
— 185	— 12	lıt *l.* lítt
— 202	— 23	konrr *l.* konur
— 206	— 10	skickiu *l.* skikkju
— 220	— 5	Þórðís *l.* Þórdís
— 223	— 21	*habetavit l. hebetavit*
— 230	— 19	háttarstall *l.* hattarstall
— 236	— 3	bróttu *l.* brottu
— 273	— 24	Sigröða rmavg *l.* Sigröðar mavg
— 297	— 20	Vatastaðir *l.* Valastaðir
— 299	— 10	*magna l. magica*
— 301	— 7	*dolus l. dolos*
— 305	— 3	*appendii l. appendici*
— 311	— 20	*Parcarum l. Bellonarum* (ɔ: *Valkyriarum*)
— 318	— 12	*fuscæ l. furcæ*
— 324	— 31	*rubæ l. rubræ*